John Adams
Library,



IN THE CUSTODY OF THE
BOSTON PUBLIC LIBRARY.



SHELF No
*ADAMS
132.5



Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην, καὶ σῶμ' ἀνάπηρος,
Καὶ πενίην Ἶρος, καὶ φίλος ἀθανάτοις.

Sonman. delin. MB. ſcu

John Adams.

# EPICTETI ENCHIRIDION LATINIS VERSIBUS ADUMBRATUM.

Per EDVARDUM IVIE A. M. *Ædis Chriſti* Alumn.
& Rev. Dom. Epiſc. *Briſtol.* à Sacris domeſticis.

*Sunt Verba & Voces, quibus hunc lenire dolorem*
*Poſſis, & magnam morbi deponere partem.* Hor.



*OXONIÆ,*
THEATRO SHELDONIANO, MDCCXV.
Impenſis *H. Clements*, ad Inſigne *Lunæ Falcatæ* in
Cœmeterio D. *Pauli*, *Londini*.

*ADAMS
132.5

# Imprimatur,

*BERN. GARDINER*

Vice-Can. *Oxon.*

*Mar.* 25. 1715.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI
AC DOMINO,
# D. GEORGIO
EPISCOPO
*BRISTOLIENSI*,
ÆDIS CHRISTI
APUD *OXONIENSES*
DECANO,
Sereniſſimo REGI ab ELEEMOSYNIS,
Εὐεργέτῃ & Patrono meo plurimùm colendo.

ACCIPE Verſionem hanc Epicteti, Venerande Præſul, multis abhinc annis Tuo hortatu & ſub Tuo Patrocinio inchoatam, variis inde caſibus abruptam, eo autem animo atque conſilio tandem abſolutam,

tam, ut gratitudinis meæ erga Te monumentum aliquod exſtaret. Fas itaque mihi ſit dicare Opuſculum hoc Metricum Tibi Elegantiſſimo Poëtæ, Vitæ & Morum Regulas Integerrimo Viro, eaſque (ni fallor) è Sacro Codice partim delibatas Conſummatiſſimo Theologo, Sanctiſſimo Epiſcopo. Dabis autem veniam, Reverende Pater, non Mihi tantùm, ſiquid in hoc opere peccaverim, ſed & Epicteto, ſiquid Ipſe fortè erraverit; Ego intereà ex Tuis Scriptis Veritatem, ex Tuis Moribus Virtutem meliùs ediſcam.

Paternitati Tuæ

omni ſtudio devinctiſſimus

Edvardus Ivie.

# Lectori S.

CUM primùm huic operi me accingere decreveram, Horatium mihi potiſſimùm imitandum propoſui. Numeros quidem illius ſecutus ſum; utinam & Spiritum & Ingenium aſſequi potuiſſem! Gratias autem ago duobus eximiis Viris, Ricardo Moſtyn de Penbedw Armigero, & Ricardo Frewin M. D. Ædis Chriſti Alumno: quorum alter munificentiâ ſuâ ad maturandum hoc opus me excitavit; alter effecit, ut per valetudinem id poſſem abſolvere.

Of Things, some are in our Power, and others not. In our Power are Opinion, Pursuit, Desire, Aversion, and in one Word, whatever are our own Actions. Not in our Power, are Body, Property, Reputation, Command, and in one Word, whatever are not our own Actions.

# ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α΄.

ΤΩΝ ὄντων τὰ μέν ἐστιν ἐφ' ἡμῖν, τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. ἐφ' ἡμῖν μὲν, ὑπόληψις, ὁρμὴ, ὄρεξις, ἔκκλισις· καὶ ἑνὶ λόγῳ, ὅσα ἡμέτερα ἔργα. οὐκ ἐφ' ἡμῖν δὲ, τὸ σῶμα, ἡ κτῆσις, δόξαι, ἀρχαί· καὶ ἑνὶ λόγῳ, ὅσα οὐχ ἡμέτερα ἔργα.

# EPICTETI ENCHIRIDION.

## CAPUT I.

RES rebus quantum diſtant! Sunt, quæ penes ipſos
Nos poſitæ Noſtrâ poterunt ratione moveri;
Utpote Senſa animi, Deſideriumque, Odiumque, &
Cætera de genere hoc. Eſt, quod parere recuſat
Arbitriis Noſtris, genus intractabile rerum;
Huc Famam refer, huc Faſces, Sellaſque curules;
Corpus item, & Nummos hâc ritè in claſſe reponas.

## ΚΕΦ. β'.

ΚΑΙ τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν ἐστι φύσει ἐλεύθερα, ἀκώλυτα, ἀπαρεμπόδιστα. τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἀσθενῆ, δοῦλα, κωλυτὰ, ἀλλότρια.

## CAP. II.

QUÆ Noſtrum penes arbitrium natura locavit,
Jure ſuo pollent, libertatemque tuentur,
Neſcia ferre jugum, nullis obnoxia vinclis.

Quæ Noſtrum imperium fugiunt, poſitæque foris ſunt
Res, illas ſimul invalidas, miſerè inque peditas
Comperies, ſervumque genus, juriſque alieni.

## ΚΕΦ. γ'.

ΜΕμνησο οὖν, ὅτι ἐὰν τὰ φύσει δοῦλα ἐλεύθερα οἰηθῇς, καὶ τὰ ἀλλότρια ἴδια, ἐμποδισθήσῃ, πενθήσεις, ταραχθήσῃ, μέμψῃ καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους· ἐὰν δὲ τὸ σὸν μόνον οἰηθῇς σὸν εἶναι, τὸ δὲ ἀλλότριον, ὥσπερ ἐστὶν, ἀλλότριον, οὐδείς σε ἀναγκάσει οὐδέποτε, οὐδείς σε κωλύσει, οὐ μέμψῃ οὐδένα, οὐκ ἐγκαλέσεις τινὶ, ἄκων πράξεις οὐδὲν, οὐδείς σε βλάψει, ἐχθρὸν οὐχ ἕξεις· οὐδὲ γὰρ βλαβερόν τι πείσῃ.

CAP.

## CAP. III.

ATque adeò ſi te cæcum hæc diſcrimina fallant,
Si nequeas Aliena Tuis ſecernere, Vinctis
Libera; te quantæ impedient miſerum undique curæ!
Ingruet O quantus dolor! illuſuſque querelas
Ah quoties fundes nequicquam, hominesque Deoſque
Accuſabis iners, & ſpem lugebis inanem!

At contrà, ſi cernis acutùm, & callidus inter-
Noſcis res alias aliaſque, & ponere certos,
Lumine purgato, ſcis fines; necto coronam
Jam tibi; magnus homo es liberque; en! otia vitæ
Tranquillæ te certa manent; te nemo morari,
Cogere te nemo, poterit te lædere nemo;
Haud cuiquam intendes litem, rixamve movebis;
Nil unquam invitus facies; quin denique nullum
Experiere Hoſtem, quia nil patieris acerbi.

## ΚΕΦ. δ΄.

ΤΗλικούτων οὖν ἐφιέμενος, μέμνησο ὅτι οὐ δεῖ μετρίως κεκινημένον ἅπτεσθαι αὐτῶν· ἀλλὰ τὰ μὲν ἀφιέναι παντελῶς, τὰ δὲ ὑπερτίθεσθαι πρὸς τὸ παρόν. ἐὰν δὲ καὶ ταῦτα θέλῃς, καὶ ἄρχειν καὶ πλουτεῖν, τυχὸν μὲν οὐδ᾽ αὐτῶν τούτων τεύξῃ, διὰ τὸ καὶ τῶν προτέρων ἐφίεσθαι· πάντως γε μὴν ἐκείνων ἀποτεύξῃ, δι᾽ ὧν μόνων εὐδαιμονία καὶ ἐλευθερία περιγίνεται.

## CAP. IV.

JAM verò, cùm tanta manent te commoda, cùm ſpes
Tanta vocat, pergas hàc gnaviter; eia age, ſegnes
Rumpe moras; nervos intende, & totus in hoc ſis;
Cætera vel prorſus, vel ſaltem ad tempus omittas.
Si tamen Hæc, atque Illa ſequi, ſi utriſque potiri
Stultus aves, Externa tibi quæ ſunt bona cordi
Ne perdas, Metuo, quippe altera cura aliorſum
Te dubium trahit: Hoc Edico fortiter, atque
Verè Promitto, quòd te iſta elementa latebunt,
Queis ſine nec fælix poteris neque liber haberi.

ΚΕΦ.

## ΚΕΦ. ε'.

ΕΥθὺς οὖν πάσῃ φαντασίᾳ τραχείᾳ μελέτα ἐπιλέγειν, ὅτι φαντασία εἶ, καὶ οὐ πάντως τὸ φαινόμενον. ἔπειτα ἐξέταζε αὐτὴν, καὶ δοκίμαζε τούτοις τοῖς κανόσιν, οἷς ἔχεις· πρώτῳ δὲ τούτῳ, καὶ μάλιστα, Πότερον περὶ τὰ ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, ἢ περὶ τὰ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. κἂν περί τι τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ᾖ, πρόχειρον ἔστω τὸ, διότι οὐδὲν πρὸς σέ.

## CAP. V.

SIqua igitur menti violens incurrit imago,
Protinus erige te, dictoque hoc obvius ito:
"Quid tibi vis? Cur, Umbra levis, me ludere tentas?
"Non es, quod ſimulas. Deinde illis utere normis,
Quæcunque in promptu fuerint: Super omnia, normam
Hanc adhibe; Nempe, Hæc, rogites, ſita num tibi res ſit
In manibus, ſitve ex genere hoc, quod Te penes ipſum
Non eſt; Si non Te Penes eſt, haud Pertinet ad Te.

## ΚΕΦ. ϛʹ.

Μέμνησο ὅτι ὀρέξεως μὲν ἐπαγγελία, τὸ ἐπιτυχεῖν οὗ ὀρέγῃ· ἐκκλίσεως δὲ ἐπαγγελία, τὸ μὴ ἐμπεσεῖν ἐκείνῳ ὃ ἐκκλίνεται. καὶ ὁ μὲν ὀρέξει ἀποτυγχάνων, ἀτυχής· ὁ δὲ ἐκκλίσει περιπίπτων, δυστυχής. ἂν μὲν οὖν μόνα ἐκκλίνῃς τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐπὶ σοι, οὐδενὶ ὧν ἐκκλίνεις περιπεσῇ. νόσον δ᾽ ἂν ἐκκλίνῃς, ἢ θάνατον, ἢ πενίαν, δυστυχήσεις.

## CAP. VI.

Quod fugis, id metuis; quod amas, cupis uſq; potiri;
Utrinque infælix, ſeu, quem fugis, incidis hamo,
Seu dulci, quam ſpes tibi porrigit, excidis eſca.
Hinc adeò fugias ea ſola, ea ſola recuſes,
Quæ facilè amolirier, atque avertere fas eſt
Privâ ope, quæ porrò Rationi adverſa repugnant:
Sic tibi, quod nolis, nunquam contingere poſſit.
Sin Febrim ſtolidus fugias, Mortemve, Famemve;
Ter miſer & quater es: quot te infortunia lædent!
En! Dolor, æternæque aderunt fœdo agmine curæ.

ΚΕΦ.

## ΚΕΦ. ζ'.

Ἄρον οὖν τὴν ἔκκλισιν ἀπὸ πάντων τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, καὶ μετάθες ἐπὶ τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐφ' ἡμῖν· τὴν ὄρεξιν δὲ παντελῶς ἐπὶ τοῦ παρόντος ἄνελε. ἄν τε γὰρ ὀρέγῃ τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν τινος, ἀτυχεῖν ἀνάγκη· τῶν δ' ἐφ' ἡμῖν, ὅσον ὀρέγεσθαι καλὸν ἄν, οὐδὲν οὐδέπω σοὶ πάρεστι. μόνῳ δὲ τῷ ὁρμᾷν καὶ ἀφορμᾷν χρῶ, κούφως μέντοι, καὶ μεθ' ὑπεξαιρέσεως, καὶ ἀνειμένως.

## CAP. VII.

Atque adeò quæcunque tibi parere recuſant,
Tolle Metum ſuper his, Odiumque. At quid Metuam ergo,
Inquis. Scilicet hoc, proprio depellere Marte
Quod potes, & ratio non vult admittere recta.
Quid tandem Cupiam? Cupe nil; quin differ in annum
Omne catus Deſiderium: Nam, ſi petis hæc, quæ
Nos penes haud fuerint, nunquam potiere cupitis.
At ſaltem illa petam, fuerint quæ ſubdita Noſtro
Imperio. Illa quidem, fateor, cupiuntur honeſtè;
Non tamen idcirco Tibi tanta capeſſere fas eſt;
Nondum etenim huc ventum eſt: Tu ſenſim & leniter horſum
Tende, cupidinibus nec laxes fræna ſolutis.

## ΚΕΦ. η΄.

Ἐφ᾽ ἑκάστου τῶν ψυχαγωγούντων, ἢ χρείαν παρεχόντων, ἢ στεργομένων, μέμνησο ἐπιλέγειν ὁποῖόν ἐστιν, ἀπὸ τῶν σμικροτάτων ἀρχόμενος. ἂν χύτραν στέργῃς, ὅτι χύτραν στέργεις· κατεαγείσης γὰρ αὐτῆς οὐ ταραχθήσῃ. ἂν παιδίον σαυτοῦ καταφιλῇς, ἢ γυναῖκα, ὅτι ἄνθρωπον καταφιλεῖς· ἀποθανόντος γὰρ αὐτοῦ οὐ ταραχθήσῃ.

## CAP. VIII.

Numquid Jucundum tibi valdè eſt? Utile numquid?
Num tibi quid Charum? Tecum ſub pectore ſvolvas,
Indole quâ fuerit, quâ lege tibi id dederint Dii.
Atque adeò à Minimis capienda exordia rebus.
  Fortè mihi dilecta, & multos commoda in uſus
Fictilis Olla domi eſt: Ego ſic mecum, Hæc mera teſta eſt,
Frangeturque levi ictu; at quid tum ego? numquid inani
Luctu tabeſcam? Puer eſt mihi & Uxor; Uterque
Mortalis; veniet Libitina atque auferet illos:
Hæc adeò præviſa mihi; Non prendar inermis,
Nec nova mî rerum facies, inopinave ſurget.

## ΚΕΦ. θ'.

Ὅταν ἅπτεσθαί τινος ἔργου μέλλῃς, ὑπομίμνησκε σεαυτὸν, ὁποῖόν ἐστι τὸ ἔργον. ἐὰν λουσόμενος ἀπίῃς, πρόβαλε σεαυτῷ τὰ γινόμενα ἐν βαλανείῳ· τοὺς ἀπορραίνοντας, τοὺς ἐκκρουομένους, τοὺς λοιδοροῦντας, τοὺς κλέπτοντας· καὶ οὕτως ἀσφαλέστερον ἅψῃ τοῦ ἔργου, ἐὰν ἐπιλέγῃς, ὅτι εὐθὺς λούσασθαι θέλω, καὶ τὴν ἐμαυτοῦ προαίρεσιν κατὰ φύσιν ἔχουσαν τηρῆσαι. καὶ ὡσαύτως ἐφ' ἑκάστου ἔργου. οὕτω γὰρ, ἄν τι πρὸς τὸ λούσασθαι γένηται ἐμποδὼν, πρόχειρον ἔσται, διότι οὐ τοῦτο ἤθελον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐμαυτοῦ προαίρεσιν κατὰ φύσιν ἔχουσαν τηρῆσαι. οὐ τηρήσω δὲ, ἐὰν ἀγανακτῶ πρὸς τὰ γινόμενα.

## CAP. IX.

QUicquamne aggrederis? fuerit quo de genere illud,
Diſpicias prudens, iterumque iterumque volutes.
Vis tibi membra Lavare? I nunc, pete balnea; quidni?
Antè tamen reputa, quas illic improba turbas
Plebs cieat; Perfundet enim madidum caput undâ
Hic tibi; at ille premens latus hinc urgebit & inde,
Detrudetque loco, raucâ & convitia voce

Fundet amarus; at alter notâ callidus arte
Subducet tunicam, aut ſoleas: Tamen inde perîcli
Nil erit, ipſe catus modò ſic tecum egeris antè;
Balnea adire libet; quin & defendere certum eſt
Fortis & ingenui partes; (pariterque age tecum,
Cui te cunque operi accinges;) Interque lavandum
Qui caſus te cunque premat, tibi demum ità fari
In promptu eſt, atque hoc curas componere dicto;
Membra Lavare quidem volui, ſed Membra Lavare
Non tantùm volui, verùm & Defendere Partes
Fortis & Ingenui, firmumque per omnia pectus
Servare: At fungar quî hoc munere, ſi, ſimul ac quid
Adverſi acciderit, damnive, ego protinus angar
Impatiens, mœſtuſque aures demittam ut aſellus?

ΚΕΦ.

## ΚΕΦ. ι'.

Ταράσσει τοὺς ἀνθρώπους, οὐ τὰ πράγματα, ἀλλὰ τὰ περὶ τῶν πραγμάτων δόγματα· οἷον, θάνατος οὐδὲν δεινὸν, ἐπεὶ καὶ Σωκράτει ἂν ἐφαίνετο· ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ θανάτου, ὅτι δεινὸν, ἐκεῖνο τὸ δεινόν ἐστιν. ὅταν οὖν ἐμποδιζώμεθα, ἢ ταραττώμεθα, μηδέποτε ἄλλους αἰτιώμεθα, ἀλλ' ἑαυτοὺς, τουτέστι τὰ ἑαυτῶν δόγματα. ἀπαιδεύτου ἔργον, τὸ ἄλλοις ἐγκαλεῖν, ἐφ' οἷς αὐτὸς πράσσει κακῶς· ἠργμένου παιδεύεσθαι, τὸ ἑαυτῷ· πεπαιδευμένου, τὸ μήτ' ἄλλῳ, μήθ' ἑαυτῷ.

## CAP. X.

Quid gemis incaſsùm? cur vanas pectore curas  
Uſq; foves? Certè haud tantos Res ipſa dolores  
Accendit, ſed falſa animum tibi Dogmata turbant.  
Mors tibi acerba videtur: at haud ita cenſuit olim  
Inclytus ille Senex patriis damnatus Athenis:  
Non te Mors igitur, verùm Tua Dogmata terrent.  
Hinc adeò implicitus vinc'lis ſiquando teneris,  
Turbatuſve hæres, Alios reprehendere noli;

 Scilicet

Scilicet in Temet culpa eſt ; Tua Dogmata damnes.
Nimirum hunc Stolidum Indoctumque ego jure vocabo,
Incuſat quicunque Alios, ſibi quòd malè cedat
Res Sua : Tyro recens porrò eſt, (namq; illum ego non-[dum
Eſſe reor Sapientem) ultrò qui Se increpat : At quis,
Quis tandem verè Sapiens eſt ? Qui neque culpæ
Quenquam alium inſimulat, neque Seſe crimine damnat.

---

## ΚΕΦ. ια΄.

ΕΠΙ μηδενὶ ἐπαρθῇς ἀλλοτρίῳ προτερήματι. εἰ ὁ ἵππος ἐπαιρόμενος ἔλεγεν ἄν, ὅτι, καλός εἰμι, οἰστὸν ἂν ἦν· σὺ δὲ ὅταν λέγῃς ἐπαιρόμενος, ὅτι ἵππον καλὸν ἔχω, ἴσθι ὅτι ἐπὶ ἵππῳ ἀγαθῷ ἐπαίρῃ. τί οὖν ἐστι σόν; χρῆσις φαντασιῶν· ὥσθ᾽ ὅταν ἐν χρήσει φαντασιῶν κατὰ φύσιν σχῇς, τηνικαῦτα ἐπαρθήσῃ. τότε γὰρ ἐπὶ σῷ τινι ἀγαθῷ ἐπαρθήσῃ.

## CAP. XI.

CUR tibi furtivos petis ambitioſus honores ?
Cur adeò uſque tumes, nitidus quòd portat Equus [Te ?
An Tuus hic Honor eſt ? Si fortè Equus ille ſuperbè

Exultet,

Exultet, quatiatque jubam, ſi calcibus auras
Verberet, atque altùm fremat, Haud me pulchrior alter
Eſt Equus, aſpice cervicem, caput, aſpice clunes;
Ferrem; Nempe equus eſt Bonus; haud fero, cùm Tibi [plaudis,
Quòd te Equus ille vehit; laus hinc tibi propria nulla eſt.
At quid deinde Meum eſt? Heus, dicam; Ita ſcilicet uti
Externis rebus, ratio ut tibi præcipit æqua;
Feceris hoc, exinde Vir es; jam ſuſpice dotes
Ipſe Tuas, meritis partam jam ſume coronam.

---

## ΚΕΦ. ιϛʹ.

ΚΑθάπερ ἐν λιμένι, τοῦ πλοίου καθορμισθέντος, ἂν ἐξέλθῃς ὑδρεύσασθαι, ὁδοῦ μὲν πάρεργόν ἐστι, καὶ κοχλίδιον ἀναλέξασθαι, ἢ βολβάριον· τετάσθαι δὲ δεῖ τὴν διάνοιαν ἐπὶ τὸ πλοῖον, καὶ συνεχῶς ἐπιστρέφεσθαι, μήτοι σε ὁ κυβερνήτης καλέσῃ· κἂν καλέσῃ, πάντα ἐκεῖνα ἀφιέναι, ἵνα μὴ δεδεμένος ἐμβληθῇς, ὡς τὰ πρόβατα· οὕτω καὶ ἐν τῷ βίῳ, ἐὰν διδῶται ἀντὶ βολβαρίου καὶ κοχλιδίου γυναικάριον καὶ παιδίον, οὐδὲν κωλύσει· ἐὰν δὲ ὁ κυβερνήτης καλέσῃ, τρέχε ἐπὶ τὸ πλοῖον,

πλοῖον, ἀφεὶς ἐκεῖνα πάντα, μηδὲν ἐπιστρεφόμενος. ἐὰν δὲ γέρων ᾖς, μηδὲ ἀπαλλαγῇς ποτε τοῦ πλοίου μακρὰν, μήποτε καλοῦντος ἐλλίπῃς.

## CAP. XII.

NAvigium in curvo ſtat littore; languidus udam
Deſilis in terram Vector, dulceſque requiris
Æger aquas, obiterque ſimul per littora bulbos,
Et conchas fortaſſe legis, tereteſque lapillos.
At tu Navigii fueris memor uſque; relictam
Uſque animo puppim recolas, vocemque magiſtri
Expectes uſque attentus; ſignoque recepto,
Eia age, funde ſinu conchas, age projice bulbos,
Adque ratem propera, nè vinctus, more bidentûm,
Turpiter in cæcas navis trudare cavernas.

At quorſum hæc, rogitas: Quo tendit fabula? Bulbi
Si vice, vel Conchæ, tibi Filius aut datur Uxor,
Ah, cave te miſerum impediant: Nunc, nunc vocat altâ
Voce Gubernator; vade ocyùs; ocyùs, inquam,
Miſſis Filiolis, & Conjuge ponè relictâ,

Curre

Curre libens, neque reſpice. Quòd ſi tarda ſenectus
Inſtat & arida canities, cave tum malè ſanus
A puppi procul abſcedas, nè fortè vocantis
Haudquaquam veniat domini vox reddita ad aures,
Nec cæptum finire queas fauſto alite curſum.

---

## ΚΕΦ. ιγ΄.

ΜΗ ζήτει τὰ γινόμενα γίνεσθαι ὡς θέλεις· ἀλλὰ θέλε γίνεσθαι τὰ γινόμενα ὡς γίνεται, καὶ εὖ ποιήσεις. νόσος, σώματός ἐστιν ἐμπόδιον· προαιρέσεως δὲ οὔ, ἐὰν μὴ αὐτὴ θέλῃ. χώλανσις, σκέλους ἐστὶν ἐμπόδιον, προαιρέσεως δὲ οὔ. καὶ τοῦτο ἐφ᾽ ἑκάστου τῶν ἐμπιπτόντων ἐπίλεγε. εὑρήσεις γὰρ αὐτὸ ἄλλου τινὸς ἐμπόδιον, σὸν δὲ οὔ.

## CAP. XIII.

NE verò, nè cuncta Tuo permittier optes
Arbitrio; ut fiunt, potiùs fieri omnia malis:
Hoc poteris pacto traducere leniter ævum.
Ingruit an Febris? Corpus ſolum invida lecto
Affigit, non Te; Menti quippe omnia conſtant

Integra;

Integra; Propoſitum uſque tenes, ſat Pectora ſanus.

Claudus es? officium Pes reſpuit; haud tamen unà

Mens titubat, perditve alieno ex vulnere vires.

Sic reputa tecum, quæcunque tibi inciderit res;

Inde ſcies Res ſæpè tuas turbarier, haud Te.

---

ΚΕΦ. ιδ'.

Ἐφ' ἑκάστου τῶν προσπιπτόντων, μέμνησο ἐπιστρέφων ἐπὶ σεαυτὸν ζητεῖν, τίνα δύναμιν ἔχεις πρὸς τὴν χρῆσιν αὐτοῦ. ἐὰν καλὸν ἴδῃς, ἢ καλὴν, εὑρήσεις δύναμιν πρὸς ταῦτα ἐγκράτειαν· ἐὰν πόνος προσφέρηται, εὑρήσεις καρτερίαν· ἂν λοιδορεία, εὑρήσεις ἀνεξικακίαν. καὶ οὕτως ἐθιζόμενόν σε οὐ συναρπάσουσιν αἱ φαντασίαι.

CAP. XIV.

Ante oculos quæcunque tuos ſe ſiſtat Imago,

Sollicitetque tibi mentem, tecum ipſe volutes,

Quod tibi jam incumbat munus, queis fidere poſſis

Viribus, aut queis te Sapientia muniat armis.

Pulchra

Pulchra venit coram Mulier, laſcivaque ridet
Neſcio quid blandum tenerumque; At, cui locus hic ſit
Virtuti, perquire; aderit Pudor ecce Satelles
Haud piger, inſiduſve. Labor ſiquando fatigat
Te gravis, adjutrix vires Tolerantia præſtat.
Vellicat immeritum te plebs, & crimine falſo
Inſequitur? Stabilem firmat Patientia mentem.
Auxilium tibi nuſquam aberit. Si re ſuper omni
Sic agitas tecum prudens, atque hic tuus eſt mos;
Nulla animum ſpecies rapiet nova; ſed tibi conſtans
Uſque eris, & lenis fluet æquo tramite vita.

## ΚΕΦ. ιε'.

Μηδέποτε ἐπὶ μηδενὸς εἴπῃς, ὅτι ἀπώλεσα αὐτὸ, ἀλλ' ὅτι ἀπέδωκα. τὸ παιδίον ἀπέθανεν; ἀπεδόθη. τὸ χωρίον ἀφῃρέθη; οὐκοῦν καὶ τοῦτο ἀπεδόθη; ἀλλὰ κακὸς ὁ ἀφελόμενος. τί δέ σοι μέλει, διὰ τίνος σε ὁ δοὺς ἀπῄτησε; μέχρι δ' ἂν διδῷ, ὡς ἀλλοτρίου αὐτοῦ ἐπιμελοῦ, ὡς τοῦ πανδοχείου οἱ παριόντες.

## CAP. XV.

AMiſiſſe aliquid dicis te? Falleris, aio.
Nil ergo amiſi? Nil ſcilicet; Heus, bone; dicam
Quomodò Nil: Moritur Conjux, aut dulcis ephebus
Frater, parvulus aut pendens circum oſcula Natus;
Nonne iſtos Reddis? Sanè hercule. Forſan Agellus
Eripitur, patriique Lares, & Villa; negas te
Reddere & hæc, ſodes? Reddo, inquis; at eſt Nebulo,qui
Eripuit. Fateor; quid tum? quid diſtat, iniquus
Ille, æquuſve fuat? quid refert, albus, an ater
Sit, Tros, an Tyrius, per quem repetit Dominus res

Ipſe

Ipſe ſuas æquus? cur muſſas? Dum tamen harum
Ille uſum indulget, ſic utere, tanquam alienis,
Non propriis; ſic diſce frui, velut imbre viator
Aſperſus fruitur cauponâ, unctâve popinâ.

---

### ΚΕΦ. ιϛʹ.

Εἰ προκόψαι θέλεις, ἄφες τοὺς τοιούτους διαλογισμούς· ἐὰν ἀμελήσω τῶν ἐμῶν, οὐχ ἕξω διατροφάς· ἐὰν μὴ κολάσω τὸν παῖδα, πονηρὸς ἔσται. κρεῖσσον γὰρ λιμῷ ἀποθανεῖν, ἄλυπον καὶ ἄφοβον γενόμενον, ἢ ζῇν ἐν ἀφθόνοις ταρασσόμενον· κρεῖττον δὲ τὸν παῖδα κακὸν εἶναι, ἢ σε κακοδαίμονα.

### CAP. XVI.

PRoficere uſque cupis? Crucient nè talia mentem;
Si neglecta mihi ſit res, decedere ſummâ
Siquid ego patiar, fuerit neque cura peculî,
Vivere quî potero? Puer eſt mihi; mox erit ille
Nequam; opus eſt Virgis, Fuſte eſt opus. O bone, temet
Cur adeò vexas? Eſto; Penuria victûs

Te premat, atque Fame pereas, vacuus modò curis
Dum pereas: Nempe hoc ſatius, quàm ut triſtitiâ uſque
Oppreſſum pleno ditet te Copia cornu.
Eſto; tibi fuerit Puer Improbus; Improbus Ille
In ſcelus omne ruat præceps, Te experte doloris:
Hoc ſatius, quàm perpetuo Te pectora luctu
Torqueri, & miſeram curis diſperdere vitam.

## ΚΕΦ. ιζʹ.

ΑΡξαι τοιγαροῦν ἀπὸ τῶν μικρῶν. ἐκχεῖται τὸ ἐλάδιον; κλέπτεται οἰνάριον; ἐπίλεγε, ὅτι, τοσούτου πωλεῖται ἀπάθεια, τοσούτου ἀταραξία· προῖκα δὲ οὐδὲν περιγίνεται. ὅταν δὲ καλῇς τὸν παῖδα, ἐνθυμοῦ ὅτι δύναται μὴ ὑπακοῦσαι· καὶ ὑπακούσας, μηδὲν ποιῆσαι ὧν θέλεις. καὶ οὐχ οὕτως ἔστω αὐτῷ καλῶς, ἵνα ἐπ᾽ ἐκείνῳ ᾖ, τό σε ταραχθῆναι.

## CAP. XVII.

PRima adeò in parvis fuerint tentamina rebus.
Siquis humi tibi fortè Oleum diffuderit, aut ſi
Abſtulerit Vinum, tacito ſub pectore volvas
Protinus hæc tecum, Tanti Patientia, tanti
Stat mentis tranquilla Quies; quid valdiùs optem?
Ecquid enim vænit pretio ſine? Jam Puero mî
Eſt opus; ille domi non eſt; ſin fortè fuiſſet,
Ceſſaret vecors: quid agam? num ringar ineptus?
Non Ego; nec Servum penes eſſe ſinam, ut mihi pectus
Torqueat ad libitum; res illi haud tàm benè cedet.

ΚΕΦ.

## ΚΕΦ. ιη΄.

Εἰ προκόψαι θέλεις, ὑπόμεινον ἕνεκα τῶν ἐκτὸς ἄνους δόξαι, καὶ ἠλίθιος. μηδὲν βούλου δοκεῖν ἐπίστασθαι. κἂν δόξῃς τισὶν εἶναί τις, ἀπίστει σεαυτῷ. ἴσθι γὰρ, ὅτι οὐ ῥᾴδιον, καὶ τὴν προαίρεσιν τὴν σεαυτοῦ κατὰ φύσιν ἔχουσαν φυλάξαι, καὶ τὰ ἐκτός· ἀλλὰ τὸ ἑτέρου ἐπιμελούμενον, τοῦ ἑτέρου ἀμελῆσαι, πᾶσα ἀνάγκη.

## CAP. XVIII.

PRoficere uſque cupis? num vis contendere porrò?
Obdures animum, fatuuſque amenſque vocari
(Dum res externas temnis) patienter & æquâ
Mente feras; etiamque optes nil ſcire videri.
Sin te miretur, ſin laudet fortè popellus,
Ipſe tibi diffide, memor, quòd ſancta tueri
Munia naturæ, externis pariterque potiri
Rebus non adeò facile eſt; at, cùm tibi pectus
Occupat alter amor, certâ alter lege recedit.

## ΚΕΦ. ιθʹ.

ΑΝ θέλῃς τὰ τέκνα σου, καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ τοὺς φίλους σου πάντοτε ζῇν, ἠλίθιος εἶ· τὰ γὰρ μὴ ἐπὶ σοὶ θέλεις ἐπὶ σοὶ εἶναι, καὶ τὰ ἀλλότρια, σὰ εἶναι. οὕτω κἂν τὸν παῖδα θέλῃς μὴ ἁμαρτάνειν, μωρὸς εἶ· θέλεις γὰρ τὴν κακίαν μὴ εἶναι κακίαν, ἀλλ᾽ ἄλλό τι. ἂν δὲ θέλῃς ὀρεγόμενος μὴ ἀποτυγχάνειν, τοῦτο δύνασαι. τοῦτο οὖν ἄσκει, ὃ δύνασαι.

## CAP. XIX.

VIS nullus Natos caſus tibi, nullus Amicos
Auferat? innumeros vis Uxor vivat in annos?
Stultus es inſanuſque, cupis quia fata Deorum
Te penes eſſe, adeoque aliena negotia curas.
An cupis, ut nunquam peccet Puer improbus? eheu
Te miſerum, demens dum res mutare laboras,
Atque ipſam vitii naturam invertere tentas!

At nihil ergo petam? Nihil, inquis? Quin ego dicam;
Quod Potes Ipſe, Velis; nil ultrà; ſic tibi nunquam
Irrita vota cadent, nec Spe luderis inani.

## ΚΕΦ. κ'.

Κύριος ἑκάστου ἐστὶν ὁ τῶν ὑπ' ἐκείνου θελομένων, ἢ μὴ θελομένων, ἔχων τὴν ἐξουσίαν εἰς τὸ περιποιῆσαι, ἢ ἀφελέσθαι. ὅστις οὖν ἐλεύθερος εἶναι βούλεται, μήτε θελέτω τι, μήτε φευγέτω τι τῶν ἐπ' ἄλλοις. εἰ δὲ μή, δουλεύειν ἀνάγκη.

## CAP. XX.

Eſtne hominum quiſquam, data cui ſit tanta poteſtas,
Invito ut tollat tibi dulcia, ponat amara,
Cùm volet? Hunc Dominumque tuum, Regemq; fateris.
Vis Liber fieri? Hâc unâ ratione catenas
Excuties, Ea ſola velis, ea ſola recuſes,
Quæ proprii juris fuerint, obnoxia nulli.
Hoc niſi feceris, haud poterunt adamantina vinc'la
Solvere Prætores centum; reſcindere nexas
Non valet Alcides, non Jupiter ipſe catenas.

## ΚΕΦ. κα'.

Μέμνησο, ὅτι, ὡς ἐν συμποσίῳ, δεῖ σε ἀναστρέφεσθαι. περιφερόμενον γέγονέ τι κατὰ σε; ἐκτείνας τὴν χεῖρα, κοσμίως μετάλαβε. παρέρχεται; μὴ κάτεχε. οὔπω ἥκει; μὴ ἐπίβαλε πόῤῥω τὴν ὄρεξιν, ἀλλὰ περίμενε μέχρις ἂν γένηται κατὰ σε. οὕτω πρὸς τέκνα, οὕτω πρὸς γυναῖκα, οὕτω πρὸς ἀρχὰς, οὕτω πρὸς πλοῦτον· καὶ ἔσῃ ποτὲ ἄξιος τῶν θεῶν συμπότης. ἂν δὲ καὶ παρατεθέντων σοι μὴ λάβῃς, ἀλλ' ὑπερίδῃς, τότε οὐ μόνον συμπότης τῶν θεῶν ἔσῃ, ἀλλὰ καὶ συνάρχων. οὕτω γὰρ ποιῶν Διογένης καὶ Ἡράκλειτος, καὶ οἱ ὅμοιοι, ἀξίως θεῖοί τε ἦσαν, καὶ ἐλέγοντο.

## CAP. XXI.

TE gerere in Vitâ ſimili ratione memento,
Quâ temet geris in Cænâ. Patinam puer ad te
Pertulit, exſtructaſque dapes? Aliquam inde pudenter
Partem ſume, nec ora nimis diſtenta perungas
Ruſticus. An nitidas lances, conditaque lautè
Fercula prætervecta vides? Avidam cave dextram
Uſquam protendas, cave volvas limus ocellos

Huc illuc cupidos. Nondum cibus advenit? At tu
Uſque ſede patiens, nec clames, Ocyùs aſſos
Pone, puer, piſces; Nemo conchylia? nemo
Oſtrea fert? nemo mullos? Inſane, quieſcas;
Nec puerum vexes, neque dentem in dente fatiges.

Hanc benè ſi teneas legem, hâc ratione modeſtus
Si te geſſeris ad Nummos, Famamque, & Honores,
Hâc ad Filiolos pariter, Sponſamque, Deorum
Mox conviva bonus fueris: Sin ſobrius iſta
Reſpueris oblata, Deus, Deus hinc eris; ipſe
Jupiter aſſurgit, ſolii & Te in parte reponit.
Arte hâc Diogenes, Heraclituſque, aliique
Porrò, culta quibus Sapientia priſca viris eſt,
Aſcendêre domos Superûm, & numerantur in Illis.

KEΦ.

## ΚΕΦ. κβ'.

Ὅταν κλαίοντα ἴδῃς τινὰ ἐν πένθει, ἢ ἀποδημοῦντος τέκνου, ἢ ἀπολωλεκότος τὰ ἑαυτοῦ, πρόσεχε, μή σε ἡ φαντασία συναρπάσῃ, ὡς ἐν κακοῖς ὄντος αὐτοῦ, τοῖς ἐκτός· ἀλλ' εὐθὺς διαίρει παρὰ σεαυτῷ, καὶ λέγειν ἔστω πρόχειρον, ὅτι τοῦτον θλίβει, οὐ τὸ συμβεβηκός, (ἄλλον γὰρ οὐ θλίβει) ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ τούτου. μέχρι μέν τοι λόγου μὴ ὄκνει συμπεριφέρεσθαι αὐτῷ, κἂν οὕτω τύχῃ, συνεπιστενάξαι· πρόσεχε μέν τοι, μὴ καὶ ἔσωθεν συνεπιστενάξῃς.

## CAP. XXII.

Numquis inexpletùm mæret, quòd trans mare currat
Filius, aut amens luxu bona patria perdat?
Tum cave, nè ſpecies magnorum inopina malorum
Te quoque tranſverſum rapiat, nè fallat imago
Tàm vani luctûs: Quin tu ſic diſpice tecum;
Non Res ipſa hominem, ſed tantùm Dogmata vexant;
Nam neque Res Aliis tantos facit iſta dolores.
Quin Sermone tenus ſocias miſcere querelas
Haud veto; ſed cave nè luctus tibi Pectora tangat,
Perſideatque ad vivum, imas penetretque medullas.

## ΚΕΦ. κγ΄.

ΜΕμνησο, ὅτι ὑποκριτὴς εἶ δράματος, οἵου ἂν θέλῃ ὁ διδάσκαλος· ἂν βραχὺ, βραχέος· ἂν μακρὸν, μακροῦ. ἂν πτωχὸν ὑποκρίνασθαί σε θέλῃ, ἵνα καὶ τοῦτον εὐφυῶς ὑποκρίνῃ· ἂν χωλὸν, ἂν ἄρχοντα, ἂν ἰδιώτην. σὸν γὰρ τοῦτ' ἔστι, τὸ δοθὲν ὑποκρίνασθαι πρόσωπον καλῶς· ἐκλέξασθαι δ' αὐτὸ, ἄλλου.

## CAP. XXIII.

NOS ſumus in ſcenâ; quin &, mandante Magiſtro,
Quiſque datas agimus partes: Sit longa, breviſve
Fabula, nil refert: Tyrio ſeu dives in oſtro
Incedam, pannis ſeu veler ſquallidus, imo
Prognatus populo, ſeu fracto crure, humerove,
In triviis rogitem æra; placet lex; hanc quoque bellè
Actor perſonam non inconcinnus ad imum
Uſque feram; Hoc, hoc nempe Meum eſt; at munia nobis
Didere, Partirique, Opus hoc & Cura Deorum eſt.

## ΚΕΦ. κδʹ.

Κόραξ ὅταν μὴ αἴσιον κράξῃ, μὴ συναρπαζέτω σε ἡ φαντασία, ἀλλ' εὐθὺς διαίρει παρὰ σεαυτῷ, καὶ λέγε, ὅτι τούτων ἐμοὶ οὐδὲν ἐπισημαίνεται, ἀλλ' ἢ τῷ σωματίῳ μου, ἢ τῷ κτησιδίῳ μου, ἢ τῷ δοξαρίῳ, ἢ τοῖς τέκνοις, ἢ τῇ γυναικί· ἐμοὶ δὲ πάντα αἴσια σημαίνεται, ἐὰν ἐγὼ θέλω. ὅ, τι γὰρ ἂν τούτων ἀποβαίνῃ, ἐπ' ἐμοί ἐστιν ὠφεληθῆναι ἀπ' αὐτοῦ.

## CAP. XXIV.

EN! Cornix inviſa futuri nuncia damni
Neſcio quid ferale canit: Sed cur trepidas? cur
Palleſcis? quin ſume animos, & ſic age tecum;
Certè hinc nulla manent mala Me; Funduſve, Domuſve
Plectetur forſan, vel Conjux, Progenieſve,
Fama ſimul, Corpuſque meum: Tamen omnia fauſta
Sunt portenta Mihi, ſi ſtet modò certa Voluntas;
Nam quicunque adeò Caſus portenta ſequatur,
Me penes eſt hinc jucundos decerpere fructus.

## ΚΕΦ. κε'.

ΑΝίκητος εἶναι δύνασαι, ἐὰν εἰς μηδένα ἀγῶνα καταβαίνῃς, ὃν οὐκ ἔστιν ἐπὶ σοι νικῆσαι.

## CAP. XXV.

VIS eſſe Invictus? Cupis in certamine nullo
Eſſe minor? Rem inventam habeo, effectamque [tibi do:
Scilicet in nullam deſcendas cautus arenam,
Contendas nuſquam, tibi ni Victoria certa
In manibus ſit: Habes, totâ quod mente petîſti.

---

## ΚΕΦ. κϛ'.

ΟΡΑ μήποτε ἰδών τινα προτιμώμενον, ἢ μεγαλοδυναμούμενον, ἢ ἄλλως εὐδοκιμοῦντα, μακαρείσῃς, ὑπὸ τῆς φαντασίας συναρπασθείς. ἐὰν γὰρ ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν ἡ οὐσία τοῦ ἀπαθοῦς ᾖ, οὔτε ὁ φθόνος, οὔτε ζηλοτυπία χώραν ἕξει· σὺ δὲ αὐτὸς οὐ στρατηγὸς, οὐ πρύτανις, ἢ ὕπατος εἶναι θελήσεις, ἀλλ' ἐλεύθερος. μία δὲ ὁδὸς πρὸς τοῦτο, καταφρόνησις τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν.

## CAP. XXVI.

PLebs ſiquem imperio decoret, trabeâve nitenti
Induat, atque ſecundâ ad cœlos efferat aurâ;
Si cenſu quis clarus equeſtri balnea, villas
Exſtruat, aut aret ampla paterni jugera fundi;
Tunc hominem cave divitiis vel honoribus auctum
Attonitus ſtupeas fatuè, dicáſve beatum,
Téque Hunc eſſe velis: quid enim? Si, quæ penes ipſum
Te fuerint, faciant ſerventque ea ſola beatum,
Cur tandem Invidiâ tibi pectus inaniter angis?
Æmula cur vanâ mens ambitione laborat?
Hinc adeò facilis ſiquis Deus, En, ego, dicat,
Jam faciam quod vis, magnarum Dux legionum
Seu fieri malis, ſeu Conſul, ſive Senator;
Tu ſuper his conſtans animi, & præſentibus aptus,
Nil horum indigeo, referes; Liberque, Potenſque
Uſque Mei vivam! ſatis eſt: Sic denique Liber
Evadam, res Externas ſi temnere diſcam.

## ΚΕΦ. κζʹ.

Μέμνησο, ὅτι οὐχ ὁ λοιδορῶν ἢ τύπτων ὑβρίζει, ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ τούτων, ὡς ὑβριζόντων. ὅταν οὖν ἐρεθίσῃ σέ τις, ἴσθι ὅτι ἡ σή σε ὑπόληψις ἠρέθισε. τοιγαροῦν ἐν πρώτοις πειρῶ ὑπὸ τῆς φαντασίας μὴ συναρπασθῆναι. ἂν γὰρ ἅπαξ χρόνου καὶ διατριβῆς τύχῃς, ῥᾷον κρατήσεις σεαυτοῦ.

## CAP. XXVII.

AN mihi fuſte caput minuit quis? an unguibus atrox
Involat in malam? an colaphis convitia miſcet?
Non mihi Verba nocent, non Verbera; at omnia in auras
Caſſa abeunt, animus niſi me meus angit iniquus.
Cædit me? cædat: fundit convitia? fundat:
Non tamen hoc ideò potis eſt Me Lædere pacto;
Tum demum Lædar, cùm me læſum Ipſe Putâro.
Haud ſinam ad internas manent mihi ut iſta medullas
Probra, nec attonitus rerum novitate ciebor:
Proderit indulgere moram: Tum ſcilicet omnis
Ultrò animorum æſtus cadet, in ſeſéque reſidet.

ΚΕΦ.

## ΚΕΦ. κη'.

Θάνατος, καὶ φυγὴ, καὶ πάντα τὰ δεινὰ φαινόμενα, πρὸ ὀφθαλμῶν ἔστω σοι καθ' ἡμέραν· μάλιστα δὲ πάντων ὁ θάνατος. καὶ οὐδὲν οὐδέποτε ταπεινὸν ἐνθυμηθήσῃ, οὔτε ἄγαν ἐπιθυμήσεις τινός.

## CAP. XXVIII.

Vivere ſi rectè cupias, Mortem, atque Catenas,
Et mala dura Fugæ, verbo uno, quicquid Acerbi
Valdè humana cavet natura, atque acriter horret,
Aſſiduè ante oculos ponas: Super omnia Mortis
Vive memor, perſæpè animo Mors certa recurſet.
Exin nil parvum ſapies; nil vile ſubibit
Mentem; nulla animum torquebit dira cupido.

## ΚΕΦ. κθʹ.

Φιλοσοφίας ἐπιθυμεῖς; παρασκευάζου αὐτόθεν, ὡς καταγελασθησόμενος, ὡς καταμωκησομένων σου πολλῶν, ὡς ἐρούντων, ὅτι, ἄφνω φιλόσοφος ἡμῖν ἐπανελήλυθε, καὶ, πόθεν ἡμῖν αὕτη ἡ ὀφρύς; σὺ δὲ ὀφρὺν μὲν μὴ σχῇς· τῶν δὲ βελτίστων σοι φαινομένων οὕτως ἔχου, ὡς ὑπὸ τοῦ θεοῦ τεταγμένος εἰς ταύτην τὴν τάξιν. μέμνησο δὲ, ὅτι ἐὰν μὲν ἐμμείνῃς τοῖς αὐτοῖς, οἱ καταγελῶντές σου πρότερον, οὗτοί σε ὕστερον θαυμάσουσιν· ἐὰν δὲ ἡττηθῇς αὐτῶν, διπλοῦν προσλήψῃ καταγέλωτα.

## CAP. XXIX.

VIS verè Sapiens fieri? Poteriſne cachinum,
Atque ſales perferre indocti, & ſcommata, Vulgi?
Hirſutam hic vellit barbam; vultum ille, habitumque
Laſcivus ridet, ſetas, atque hiſpida membra
Increpat, Unde tam acerbus ades? Tam torva repentè
Unde tibi frons eſt? At, ſi me audire velis tu,
Deme ſupercilium, nec turpiter hirtus & atrox
Appare: Verùm defendas gnaviter iſtas,

Quas

Quas ſuſcepiſti, partes; tueare locum, & ſtes
Immotus, quaſi te hâc Deus in ſtatione locâſſet.
Quòd ſi Virtutis fidus rigiduſque ſatelles
Fortiter uſque locum defendas, & tibi conſtes;
Qui modò te riſit, Populus venerabitur ultrò,
Ingenteſque tibi plaudens decernet honores:
Sin partes timidus mutâris transfuga; jam Bis
Præbebis riſum plebi, Bis fabula fies.

## ΚΕΦ. λ′.

EAN ποτέ σοι γένηται ἔξω στραφῆναι, πρὸς τὸ βούληθῆναι ἀρέσαι τινὶ, ἴσθι ὅτι ἀπώλεσας τὴν ἔνστασιν. ἀρκοῦ οὖν ἐν παντὶ τῷ εἶναι φιλόσοφος· εἰ δὲ καὶ δοκεῖν βούλει, τῷ εἶναι σεαυτῷ φαίνου, καὶ ἱκανὸς ἔσῃ.

## CAP. XXX.

EXtra Te numquid quæris? Cuiquámne placere
Optas? Lapſa manu arma; loco pulſuſque recedis.
Sis Bonus & Sapiens; Satis eſt; nihil amplius opta;
Sin ultrà cupias ſapienſque bonuſque Videri,
Scilicet is videare Tibi; jam Laudis abundè eſt.

## ΚΕΦ. λα'.

Οὗτοί σε οἱ διαλογισμοὶ μὴ θλιβέτωσαν· ἄτιμος ἐγὼ βιώσομαι, καὶ οὐδεὶς οὐδαμοῦ. Εἰ γὰρ ἡ ἀτιμία ἐστὶ κακόν, οὐ δύνασαι ἐν κακῷ εἶναι δι' ἄλλον, οὐ μᾶλλον ἢ ἐν αἰσχρῷ. μή τι οὖν σὸν ἔργον ἐστὶ τὸ ἀρχῆς τυχεῖν, ἢ παραληφθῆναι ἐφ' ἑστίασιν; οὐδαμῶς. πῶς οὖν ἔτι τοῦτ' ἔστιν ἀτιμία; πῶς δὲ οὐδεὶς οὐδαμοῦ ἔσῃ, ὃν ἐν μόνοις εἶναί τινα δεῖ τοῖς ἐπὶ σοί, ἐν οἷς ἔξεστί σοι εἶναι πλείστου ἀξίῳ; ἀλλά σοι οἱ φίλοι ἀβοήθητοι ἔσονται. τί λέγεις τὸ ἀβοήθητοι; οὐχ ἕξουσι παρὰ σοῦ ἀργύριον; οὐδὲ πολίτας Ῥωμαίων αὐτοὺς ποιήσεις; τίς οὖν σοι εἶπεν, ὅτι ταῦτα τῶν ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, οὐχὶ δὲ ἀλλότρια ἔργα; τίς δὲ δοῦναι δύναται ἑτέρῳ, ἃ μὴ ἔχει αὐτός; κτῆσαι οὖν, φασίν, ἵνα καὶ ἡμεῖς ἔχωμεν. εἰ δύναμαι κτήσασθαι, τηρῶν ἐμαυτὸν αἰδήμονα, καὶ πιστόν, καὶ μεγαλόφρονα, δεικνύετε τὴν ὁδόν, καὶ κτήσομαι. εἰ δ' ἐμὲ ἀξιοῦτε τἀγαθὰ τὰ ἐμαυτοῦ ἀπολέσαι, ἵν' ὑμεῖς τὰ μὴ ἀγαθὰ περιποιήσησθε, ὁρᾶτε ὑμεῖς, πῶς ἄνισοί ἐστε, καὶ ἀγνώμονες. τί δὲ καὶ βούλεσθε μᾶλλον; ἀργύριον, ἢ φίλον πιστὸν καὶ αἰδήμονα; εἰς τοῦτο οὖν μοι μᾶλλον συλλαμβάνετε, καὶ μή, δι' ὧν ἀποβαλῶ αὐτό, ταῦτά με πράττειν ἀξιοῦτε. ἀλλ' ἡ πατρίς, ὅσον ἐπ' ἐμοί, φησίν, ἀβοήθητος ἔσται. πάλιν, ποίαν καὶ ταύτην βοήθειαν; στοὰς οὐχ ἕξει διὰ σέ, οὔτε βαλανεῖα;

λανεῖα; καὶ τί τοῦτο; οὐδὲ γὰρ ὑποδήματα ἔχει διὰ τὸν χαλκέα, οὐδ' ὅπλα διὰ τὸν σκυτέα· ἱκανὸν δὲ, ἐὰν ἕκαστος ἐκπληρώσῃ τὸ αὑτοῦ ἔργον. εἰ δὲ ἄλλον τινὰ αὐτῇ κατεσκεύαζες πολίτην πιστὸν καὶ αἰδήμονα, οὐδὲν ἂν αὐτὴν ὤφειλες; ναί. οὐκοῦν οὐδὲ σὺ αὐτὸς ἀνωφελὴς ἂν εἴης αὐτῇ. τίνα οὖν, φησι, χώραν ἕξω ἐν τῇ πόλει; ἣν ἂν δύνῃ, φυλάττων ἅμα τὸ πιστὸν καὶ αἰδήμονα. εἰ δ' ἐκείνην ὠφελεῖν βουλόμενος, ἀποβαλεῖς ταῦτα, τί ὄφελος ἂν αὐτῇ γένοιο, ἀναιδὴς καὶ ἄπιστος ἀποτελεσθείς;

## CAP. XXXI.

NE verò hanc vanam foveas ſub pectore curam,
Heu! miſer in pretio non ſum, Sine nomine vivam
Obſcurus, totumque agitabo inglorius ævum;
Hos depone metus; Age, dic mihi, Túne ſecurim,
Tu faſces donare potes tibi, ebúrve curule?
An Temet penes eſt epulis accumbere Regum?
Non penes eſt, inquis. Quod te ergo dedecus urget?
Quæ te culpa premit? Quî tandem turpior illo
Evadis pacto? Vitio demùm id tibi vertit
Quiſquam hominum, immeritumq; alieno crimine damnat?

Annon

Annon in pretio es, dum Mens tibi conſcia recti
Plaudit, virtutis ſummo te in culmine ſiſtit,
Atque Suos, quoſcunque poteſt, tibi tradit honores?
Reſpondes forſan, Non poſſum vivere Amicis
Commodus, Haud opibus Fratrem, charoſque Propinquos
Eſt augere mihi, in cenſúmve referre Quiritûm.
Si tibi nil horum in manibus, nec munera apud Te
Sint ea, quî præſtes Illis? Verùm, agmine facto,
Cur non illa paras, clamant, ut copia nobis
Suppetat? Eia, pares. Ego nempe parabo libenter,
Si poſſim rectè, illæſum ſervare pudorem
Dummodò mî liceat, modò magnanimuſque bonuſque
Illa parare queam; Monſtrate viam, & ſequar ultrò;
Sin Mea prefundam Bona prodigus, ut coëmam quæ
Haud bona ſunt Vobis; pacto quò jam redit iſto
Res mihi? Stultus Ego magis, an Vos eſtis Iniqui?
Quid Nummus vobis ſi deſit? Habetis Amicum
Sincerum, fortemque, verecundumque; quid ultrà

Optandum

Optandum eſt ? Utra res potior ? Ferte ergo, precor, mî
Auxilium, bonus ut perſtem, & ſincerus ad imum ;
At verò, ut cedam, ut virtutis caſtra relinquam
Transfuga, quis tandem verus ſuadebit amicus ?
Succinit hinc alter, Charos, age, reſpice Cives,
Et Patriæ te tangat amor. Sed quid faciam vis ?
Non per me latas (fateor) dat Porticus umbras,
Balnea nec condo ; Non eſt, quòd multa loquamur ;
Haud rectè Soleas aptat Faber, Armáve Sutor :
Quiſque ſuam demùm (ſatis eſt) exerceat artem.
Quid ſi fortè Alium civem gnavumque bonumque
Urbi ſufficiam, & claris virtutibus auctum
Educam, patriæque decus columenque futurum ?
Ecquid erit pretii ? numquid Patriæ utile faxo ?
Utile nimirum facis. Hinc quærere pergo ;
Ipſe Ego ſi conſtans civis, ſi fidus amicus,
Si meream fortiſque verecunduſque vocari,
Nil ego tum patriæ proſum ? Sed quis tibi in urbe

Eſt

Eſt Locus? Is locus eſt, ſalvâ virtute parare
Quem licet, incolumique fide: Sin fortè pudorem
Deſero, Virtutiſque viam, Vos, dicite, Cives,
Quî proſim patriæ malè fidus, turpis, & excors?

---

## ΚΕΦ. λβʹ.

Προετιμήθη σου τὶς ἐν ἑστιάσει, ἢ ἐν προσαγορεύσει, ἢ ἐν τῷ παραληφθῆναι εἰς συμβουλίαν; εἰ μὲν ἀγαθὰ ταῦτά ἐστι, χαίρειν σε δεῖ, ὅτι ἔτυχεν αὐτῶν ἐκεῖνος· εἰ δὲ κακὰ, μὴ ἄχθου, ὅτι σὺ αὐτῶν οὐκ ἔτυχες. μέμνησο δὲ ὅτι οὐ δύνασαι μὴ ταῦτα ποιῶν πρὸς τὸ τυγχάνειν τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἐκείνων τῶν ἴσων ἀξιοῦσθαι. πῶς γὰρ ἴσον ἔχειν δύναται, ὁ μὴ φοιτῶν ἐπὶ θύρας τινὸς, τῷ φοιτῶντι; ὁ μὴ παραπέμπων τῷ παραπέμποντι; ὁ μὴ ἐπαινῶν τῷ ἐπαινοῦντι; ἄδικος οὖν ἔσῃ καὶ ἄπληστος, εἰ μὴ προϊέμενος ταῦτα, ἀνθ' ὧν ἐκεῖνα πιπράσκεται, προῖκα αὐτὰ βουλήσῃ λαμβάνειν. ἀλλὰ πόσου πιπράσκονται θρίδακες; ὀβολοῦ, ἂν οὕτω τύχῃ. ἂν οὖν τις προϊέμενος τὸν ὀβολὸν, λάβῃ θρίδακας, σὺ δὲ μὴ προϊέμενος μὴ λάβῃς, μὴ οἴου ἔλαττον ἔχειν τοῦ λαβόντος· ὡς γὰρ ἐκεῖνος ἔχει θρίδακας, οὕτω σὺ τὸν ὀβολὸν, ὃν οὐκ ἔδωκας. τὸν αὐτὸν

δὴ τρόπον κἀνταῦθα· οὐ προσεκλήθης ἐφ' ἑστίασίν τινος; οὐ γὰρ ἔδωκας τῷ καλοῦντι πόσου πωλεῖ τὸ δεῖπνον· ἐπαίνου δ' αὐτὸ πωλεῖ, θεραπείας πωλεῖ. δὸς οὖν τὸ διαφέρον, εἴ σοι λυσιτελεῖ τὸ πωλούμενον· εἰ δὲ κἀκεῖνα θέλεις μὴ προΐεσθαι, καὶ ταῦτα λαμβάνειν, ἄπληστος εἶ, καὶ ἀβέλτερος. οὐδὲν οὖν ἔχεις ἀντὶ τοῦ δείπνου; ἔχεις μὲν οὖν· τὸ μὴ ἐπαινέσαι τοῦτον, ὃν οὐκ ἤθελες, τὸ μὴ ἀνασχέσθαι αὐτοῦ ἐπὶ τῆς εἰσόδου.

## CAP. XXXII.

SI tibi prælatus lecto potiore recumbit
Convivarum aliquis; ſiquem Rex fortè vocavit
Ad cænam, Te neglecto; ſi ſæpè ſalutat,
Conſiliis ſocium adjungit, jubet eſſe ſuorum
In numero; At verò Tu protinus, Hæc Bona ſi ſint,
Gratulor, exclames, bone Vir; ſi ſint Mala, nè tu
Demitte auriculas, mala quòd tibi præripit alter.
Illa quidem haud Tua ſunt; ſed quâ tamen illa parari
Lege queant, nôſti; Verùm niſi conditionem hanc
Præſtiteris, non illa tibi contingere poſſunt.
Nimirum tu Patroni non oſtia pulſas,

Non

Non illum laudas, lateri ejus non comes hæres;
Hæc faciunt Alii; ſed eoſdem ferre labores
Si dubitas, eadem cur præmia poſcis iniquus?
Nempe haud æquus eris, quin inſatiabilis uſque
Audieris meritò, ſi tanta capeſſere ſperes,
Nec pretium numeres: Age, nè te jam morer, audi,
Quò rem deducam; Quin tu, muliercula, quanti
Vendis Lactucas? Obolo. Venit alter, & illi
Dat pretium, tollitque herbas: Ergo miſerum me
Eſſe putas, hunc fælicem? cur? Nempe reportat
Hic Olus. Intereà mihi plaudo, Obolumque reporto.
Non te Rex hodiè vocat ad convivia; num Tu
Solviſti pretium? quin ſolvas ocyùs, in rem
Si tibi ſit; ſi non ſolvis, cur, peſſime, muſſas?
Nimirum Rex illa æquè venalia ponit,
Ac Caupo; Obſequio quid diſtat, an Ære paràris?
Nè Cænam ſperes, niſi ſit data Symbola. Verùm
Nil habeo infælix Cænæ vice. Falleris, inquam;

Non Regis faſtum toleras, non oſtia pulſas,

Non vacuam tumidis veſicam laudibus inflas.

---

### ΚΕΦ. λγʹ.

ΤΟ βούλημα τῆς φύσεως καταμαθεῖν ἐστιν ἐξ ὧν οὐ διαφερόμεθα πρὸς ἀλλήλους. οἷον, ὅταν τοῦ γείτονος παιδάριον κατεάξῃ τὸ ποτήριον, ἢ ἄλλο τι, πρόχειρόν ἐστιν εὐθὺς λέγειν, ὅτι τῶν γινομένων ἐστίν. ἴσθι οὖν, ὅτι, ὅταν καὶ τὸ σὸν κατεαγῇ, τοιοῦτον εἶναί σε δεῖ, ὁποῖον ὅταν καὶ τὸ τοῦ ἄλλου κατεαγῇ. οὕτω μετατίθει καὶ ἐπὶ τὰ μείζονα. τέκνον ἄλλου τέθνηκεν, ἢ γυνή; οὐδείς ἐστιν ὃς οὐκ ἂν εἴποι, ὅτι ἀνθρώπινον. ἀλλ᾽ ὅταν τὸ αὐτοῦ τινος ἀποθάνῃ, εὐθὺς, οἴμοι, τάλας ἐγὼ, βοᾷ. ἐχρῆν δὲ μεμνῆσθαι, τί πάσχομεν, περὶ ἄλλων αὐτὸ ἀκούσαντες.

### CAP. XXXIII.

INtegra quid Natura velit, cognoſcere ſi vis,

Diſpice, gens humana quid uno dictitet ore;

Hæc rationis Vox, hæc neſcia fallere norma.

Utpote, Vicini cùm quis Vas fictile frangat

Servulus, ille inſtat dum flagro urgetque trementem

Inſultans,

Inſultans, quid ni Tu frendenti & minitanti
Exclames, Compeſce iram, Sæpè omnibus illud
Accidit, Hoc vivet figulus pacto atque valebit:
Quid ni hæc edicas ſapiens? At, ſi Tua tandem
Fracta ſolo cadit olla, I, vir bone, porrige dextram;
Ut tibi vena ſalit? Sed, nè hæc jocularia tanquam
Ridens percurram, quæramus ſeria; Amici
Filiolus moritur ſi funere raptus acerbo,
Aut Uxor fæcunda & amabilis, Ille dolere
Inſolabiliter; ſed Tu, Quid, amice, dolori
Nequicquam indulges? Calcanda mihi & tibi lethi
Eſt via; Nos etiam (non eſt mora longa) ſequemur:
Hæc rectè. Uxor adempta Tibi eſt, aut Filius? Eheu,
Me miſerum, clamas: At verò reſpice, quo tu
Damna Aliena animo tuleris, quo pectore, & ore,
Et Tua fer ſanus ſimili ratione modoque.

## ΚΕΦ. λδ'.

ΩΣπερ σκοπὸς πρὸς τὸ ἀποτυχεῖν οὐ τίθεται, οὕτως οὐδὲ κακοῦ φύσις ἐν κόσμῳ γίνεται. εἰ μὲν τὸ σῶμά σου ἐπέτρεπέ τις τῷ ἀπαντήσαντι, ἠγανάκτεις ἄν· ὅτι δὲ σὺ τὴν γνώμην τὴν σεαυτοῦ ἐπιτρέπεις τῷ τυχόντι, ἵνα, ἐὰν λοιδορήσηταί σοι, ταραχθῇ ἐκείνη, καὶ συγχυθῇ, οὐκ αἰσχύνῃ; τούτου ἕνεκα ἐφ' ἑκάστου ἔργου σκόπει τὰ καθηγούμενα καὶ τὰ ἀκόλουθα αὐτοῦ, καὶ οὕτως ἔρχου ἐπ' αὐτό· εἰ δὲ μὴ, τὴν μὲν πρώτην προθύμως ἥξεις, μηδὲν τῶν ἑξῆς ἐντεθυμημένος· ὕστερον δὲ, ἀναφανέντων τινῶν αἰσχρῶν, αἰσχυνθήσῃ.

## CAP. XXXIV.

VIX (ut opinor) erit quis tàm jaculator ineptus,
Conſultò erret ut à metâ, & collimet in auras;
Nedum quid ſimile huic faciat Deus, & bona Mater
Natura; alma Malum nedum Natura creârit.
In medio ſin quadrivio te fixerit olim
Quis nudum, ut poſſit plebecula fuſtibus atque
Cædere te flagris, nonne indigneris, amice?

Et

Et meritò: Verùm dic, ô bone, quî minùs ipſum
Te lædis, ſi, cùm vulgus convitia jactet,
Angeris, atque animum ignavè demittis inermem?
Nè verò tantum concede Quiritibus in te
Imperium, nec tam lepido plebs improba regno
Gaudeat: At, quodcunque agites, bis terque voluta,
Quid præeat, quid deinde ſequatur, & omnia cautus
Pende etiam atque etiam; hoc niſi fit, præclara minatus
Jactanter te operi accinges, at mox timidus ceu
Terga dabis miles, Thraſo demùm è Cæſare fies.

## ΚΕΦ. λε΄.

Θέλεις ὀλύμπια νικῆσαι; κἀγὼ νὴ τοὺς θεούς· κομψὸν γάρ ἐστιν· ἀλλὰ σκόπει καὶ τὰ καθηγούμενα, καὶ τὰ ἀκόλουθα· καὶ οὕτως ἅπτου τοῦ ἔργου. δεῖ σ᾽ εὐτακτεῖν, ἀναγκοτροφεῖν, ἀπέχεσθαι πεμμάτων, γυμνάζεσθαι πρὸς ἀνάγκην, ἐν ὥρᾳ τεταγμένῃ, ἐν καύματι, ἐν ψύχει, μὴ ψυχρὸν πίνειν, μὴ οἶνον, ὡς ἔτυχεν· ἁπλῶς, ὡς ἰατρῷ παραδεδωκέναι σεαυτὸν τῷ ἐπιστάτῃ· εἶτα εἰς τὸν ἀγῶνα παρέρχεσθαι· ἔστι δὲ ὅτε χεῖρα βλαβεῖν, σφυρὸν στρέψαι, πολλὴν ἀφὴν καταπιεῖν· ἔσθ᾽ ὅτε καὶ μαστιγωθῆναι· καὶ μετὰ ταῦτα πάντα νικηθῆναι. ταῦτα ἐπισκεψάμενος, ἐὰν ἔτι θέλῃς, ἔρχου ἐπὶ τὸ ἀθλεῖν. εἰ δὲ μή, ὡς τὰ παιδία ἀναστραφήσῃ, ἃ νῦν μὲν παλαιστὰς παίζει, νῦν δὲ αὐλητάς, νῦν δὲ μονομάχους, εἶτα σαλπίζει, εἶτα τραγῳδεῖ· οὕτω καὶ σύ· νῦν μὲν ἀθλητής, νῦν δὲ μονομάχος, εἶτα ῥήτωρ, εἶτα φιλόσοφος· ὅλῃ δὲ τῇ ψυχῇ οὐδέν· ἀλλ᾽ ὡς πίθηκος πᾶσαν θέαν, ἐὰν ἴδῃς, μιμῇ, καὶ ἄλλο ἐξ ἄλλου σοι ἀρέσκει. οὐ γὰρ μετὰ σκέψεως ἦλθες ἐπὶ τοὔργον, οὐδὲ περιοδεύσας· ἀλλ᾽ εἰκῇ καὶ κατὰ ψυχρὰν ἐπιθυμίαν. οὕτω θεασάμενοί τινες φιλόσοφον, καὶ ἀκούσαντες οὕτω τινὸς λέγοντος, ὡς εὖ Σωκράτης λέγει! καὶ τίς οὕτω δύναται εἰπεῖν ὡς ἐκεῖνος; θέλουσι καὶ αὐτοὶ φιλοσοφεῖν.

CAP.

## CAP. XXXV.

MAgna coronari vis numquid Olympia? quis non?
Herculè res bella eſt : quin tu priùs ipſe voluta
Tecum, ſi ſapias, quid pòſt, quid & antè, ferendum.
Imprimis non more tuo tibi vivere fas eſt,
Non tibi conſuetis dapibus tergere palatum
Athletæ licet, inviſam ſed rodere cœnam
Cogeris ingratis, nec non durum uſque laborem
Ad domini arbitrium certis renovare diebus,
Algere, inque vicem pariter ſudare paratus.
Nec ſedare ſitim gelidâ, laticémve Lyæi
Sumere fas, tibi cùm libitum eſt, ſed cùm libet illì,
Qui te curârit, Medici pro more, Magiſtro.
Mox adeò in pugnam deſcendis ; péſve manúſve
Luxatur tibi fortè cadenti, pulvere fauces
Turpantur, denſamque abſorbes pronus arenam :
At tandem flagris cæſus, multóque peruſtus
Verbere ſperatam perdis poſt omnia palmam,

Quin age, certantûm quæ ſint incommoda, luſtres,
Et, ſi tantus amor pugnæ, ſi tanta cupido,
I pugil, atque unctæ fortis te accinge palæſtræ.
Sin temerè aggrederis, ſuſceptas, ô bone, partes
Depones citò, ludentum ritu puerorum
Mobilis; Hi fiunt Athletæ, deinde Tragœdi,
Et Gladiatores, Citharœdi, vel brevis horæ
Articulo: ſic Tu ventoſus nunc Sapiens, nunc
Aut Pugil, aut Gladiator eris; Sic Simius olim
Factitat hoc, illud, ſimul omnia tentat, ineptè
Sedulus, inceptam repetitque & linquit opellam.
Sic, ſeu Pythagoram laudet quis, ſive Platonem,
Vulgus hiat, pluteum & libros tum comparat; eia,
Et Nos mox inter Sapientes fama reponet.

## ΚΕΦ. λϛʹ.

Ἄνθρωπε, πρῶτον ἐπίσκεψαι, ὁποῖόν ἐστι τὸ πρᾶγμα· εἶτα καὶ τὴν σεαυτοῦ φύσιν κατάμαθε, εἰ δύνασαι βαστάσαι. πένταθλος εἶναι βούλει ἢ παλαιστής; ἴδε σαυτοῦ τοὺς βραχίονας, τοὺς μηρούς, τὴν ὀσφὺν κατάμαθε· ἄλλο γὰρ πρὸς ἄλλο πέφυκε. δοκεῖς, ὅτι ταῦτα ποιῶν, ὡσαύτως δύνασαι ἐσθίειν, ὡσαύτως πίνειν, ὁμοίως δυσαρεστεῖν; ἀγρυπνῆσαι δεῖ, πονῆσαι, ἀπὸ τῶν οἰκείων ἀπελθεῖν, ὑπὸ παιδαρίου καταφρονηθῆναι, ἐν παντὶ ἧττον ἔχειν, ἐν τιμῇ, ἐν ἀρχῇ, ἐν δίκῃ, ἐν πραγματίῳ παντί. ταῦτα ἐπίσκεψαι, εἰ θέλεις ἀντικαταλλάξασθαι τούτων ἀπάθειαν, ἐλευθερίαν, ἀταραξίαν· εἰ δὲ μή, πρόσεχε, μὴ ὡς τὰ παιδία, νῦν φιλόσοφος, ὕστερον δὲ τελώνης, εἶτα ῥήτωρ, εἶτα ἐπίτροπος Καίσαρος γένῃ. ταῦτα οὐ συμφωνεῖ. ἕνα σε δεῖ ἄνθρωπον, ἢ ἀγαθὸν, ἢ κακὸν εἶναι· ἢ τὸ ἡγεμονικόν σε δεῖ ἐξεργάζεσθαι τὸ σαυτοῦ, ἢ τὰ ἐκτός· ἢ περὶ τὰ ἔσω φιλοτεχνεῖν, ἢ τὰ ἔξω· τουτέστιν, ἢ φιλοσόφου τάξιν ἐπέχειν, ἢ ἰδιώτου.

## CAP. XXXVI.

Quicquam opus ordiris? Quæ ſit res, quantaque, tecum
Volve, adeóque tuis fuerit num viribus æqua.

An Pila te juvat, aut Diſcus? num laude Palæſtræ

Inclareſcere vis, Jaculo famámve mereri?
Concute te; validíſne ſatis compagibus apta
Hærent membra tibi? femora, & crus, brachia, lumbi
Quid valeant, quæras, & ſedulus omnia luſtres;
Quippe alios alias Natura inſtruxit ad artes.
In votis Sapere eſt: Rogo deinde, Famemque Sitimque
An perferre potes, ventrique indicere bellum?
Tum noctes vigilare etiam, tolerare labores
Perpetuos, charæque arceri à conjugis ulnis,
Atque etiam præbere tuis ludibria ſervis?
Vivere divitiarum expers, exſors & honorum,
Inque foro, quamcunque intentes, perdere litem?
Ut tibi res ea viſa? placétne hæc conditio & lex?
An tanti libertatem, gratamque quietem,
Erectumque animum, pectuſque angore ſolutum
Vis emere? I cæptes iter, atque hoc omine pergas.
At nè te demùm retrahas, aliudque capeſſas,
Inde aliud, variuſque breves muteris in horas,

Ludens

Ludens ut Puer; is Sapiens erit, inde Coactor,

Rhetor item; Procurator mox Cæſaris exit.

Iſta ſibi diſconveniunt, diverſaque longè

Diſſiliunt, nullóque valent coaleſcere pacto:

Unus homo eſto, bonúſve, malúſve; eia, elige; utrum vis?

Inter utrumque locus non eſt: quin exere vires

Aut hìc, aut illìc; omnemque impende laborem

Aut Animo, aut Opibus; res Externæ tibi cordi

Sint, aut Internæ; quicquid demùm egeris, illud

Gnavus age; aut prorſus Sapere aude, aut Deſipe prorſus.

---

## ΚΕΦ. λζʹ.

ΤΑ καθήκοντα ὡς ἐπίπαν ταῖς σχέσεσι παραμετρεῖται. πατήρ ἐστιν; ὑπαγορεύεται, ἐπιμελεῖσθαι, παραχωρεῖν ἁπάντων, ἀνέχεσθαι λοιδοροῦντος, παίοντος. ἀλλὰ πατὴρ κακός ἐστι. μή τι οὖν πρὸς ἀγαθὸν πατέρα φύσει ᾠκειώθης; οὐκ· ἀλλὰ πρὸς πατέρα. ὁ ἀδελφὸς ἀδικεῖ; τήρει τοιγαροῦν τὴν πρᾶξιν τὴν σεαυτοῦ πρὸς αὐτὸν, μηδὲ σκόπει τί ἐκεῖνος ποιεῖ, ἀλλὰ τί σοι ποιήσαντι κατὰ φύσιν ἡ σὴ ἕξει προαίρεσις.

ρεσις. σὲ γὰρ ἄλλος οὐ βλάψει, ἂν μὴ σὺ θέλῃς· τότε δὲ ἔσῃ βεβλαμμένος, ὅταν ὑπολάβῃς βλάπτεσθαι. οὕτως οὖν ἀπὸ τοῦ γείτονος, ἀπὸ τοῦ πολίτου, ἀπὸ τοῦ στρατηγοῦ, τὸ καθῆκον εὑρήσεις, ἐὰν τὰς σχέσεις ἐθίζῃς θεωρεῖν.

## CAP. XXXVII.

QUO ſit amore Parens, quo Frater amandus, Amici,
Patria, Cognati, ſi tandem ſcire laboras;
Contemplare, gradu quo ſit tibi quiſque propinquus,
Quo junctus fuerit vinc'lo, quo deinde loco ſtet:
Hinc varia humanæ naſcuntur munera vitæ.
Anne domi Pater eſt? Tu ſis tutela ſenectæ, &
Cede ſeni patiens & commodus. At latus urit
Fuſte meum, vellitque aures cerebroſus, & acri
Bile tumens vappam forſan vocat & nebulonem;
Difficili & querulo cedendum? Imò hercule; quid ni?
Collige ſic, Non cuique Bonum natura patrem dat,
Sed Patrem. An probris urget te Frater iniquis?
Innectítne tibi fraudem? Delicta libenter
Condones ſtolido, & ſocialiter huic veniam des

Mitis

Mitis & urbanus. Vir at eſt Malus. Eſto; quid ad rem?
Tu cave ſis ſimilis; quin fidus munia præſtes
Tu tua, nec cures porrò, quid fecerit Alter.
At me Læſit, ais. Vigilans Tibi Somnia fingis;
Nam neque te Læſit, Potuit neque lædere, clamo:
Invito damnum non eſt inferre; Nocebit
Nemo tibi, niſi Tute velis; quin verte furorem
In Temet; Tua fraus omnis; tum denique damno
Multaris, Tibi cùm multarier Ipſe Videris.

His igitur ſi te formeſque regaſque elementis,
Si, quæ quiſque locus poſcat ſibi munia, nôris;
Inde bonus Civis fies, & dulcis Amicus,
Vicini implebis ſic officium, atque Ducis, ſic
Reddes perſonæ benè convenientia cuique.

## ΚΕΦ. λη'.

Τῆς περὶ τοὺς θεοὺς εὐσεβείας ἴσθι ὅτι τὸ κυριώτατον ἐκεῖνό ἐστιν, ὀρθὰς ὑπολήψεις περὶ αὐτῶν ἔχειν, ὡς ὄντων, καὶ διοικούντων τὰ ὅλα καλῶς καὶ δικαίως· καὶ σαυτὸν εἰς τοῦτο κατατεταχέναι, τὸ πείθεσθαι αὐτοῖς, καὶ εἴκειν ἐν πᾶσι τοῖς γινομένοις, καὶ ἀκολουθεῖν ἑκόντα, ὡς ὑπὸ τῆς ἀρίστης γνώμης ἐπιτελουμένοις. οὕτω γὰρ οὔτε μέμψῃ ποτὲ τοῖς θεοῖς, οὔτε ἐγκαλέσεις ὡς ἀμελούμενος. ἄλλως τε τοῦτο οὐχ οἷόν τε γίνεσθαι, ἐὰν μὴ ἀποστῇς τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, καὶ ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν μόνοις θῇς τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακόν. ὡς, ἄν γέ τι ἐκείνων ὑπολάβῃς ἀγαθὸν ἢ κακὸν, πᾶσα ἀνάγκη, ὅταν ἀποτυγχάνῃς ὧν θέλῃς, καὶ περιπίπτῃς, οἷς μὴ θέλῃς, μέμψασθαί σε καὶ μισεῖν τοὺς αἰτίους. πέφυκε γὰρ πρὸς τοῦτο πᾶν ζῶον, τὰ μὲν βλαβερὰ φαινόμενα, καὶ τὰ αἴτια αὐτῶν, φεύγειν καὶ ἐκτρέπεσθαι· τὰ δὲ ὠφέλιμα, καὶ τὰ αἴτια αὐτῶν, μετιέναι καὶ τεθαυμηκέναι. ἀμήχανον οὖν, βλάπτεσθαί τινα οἰόμενον, χαίρειν τῷ δοκοῦντι βλάπτειν· ὅθεν καὶ τὸ τῇ βλάβῃ χαίρειν ἀδύνατον. ὅθεν καὶ πατὴρ ὑπὸ υἱοῦ λοιδορεῖται, ὅταν τῶν δοκούντων ἀγαθῶν εἶναι τῷ παιδὶ μὴ μεταδιδῷ. καὶ Πολυνείκην καὶ Ετεοκλέα τοῦτο πολεμίους ἀλλήλοις ἐποίησε, τὸ ἀγαθὸν οἴεσθαι τὴν τυραννίδα. διὰ τοῦτο ὁ γεωργὸς λοιδορεῖ τοὺς θεοὺς, διὰ τοῦτο ὁ ναύτης, διὰ τοῦτο ὁ

ἔμπορος,

ἔμπορος, διὰ τοῦτο καὶ τὰς γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα ἀπολλύντες. ὅπου γὰρ τὸ συμφέρον, ἐκεῖ καὶ τὸ εὐσεβές. ὥστε ὅστις ἐπιμελεῖται τοῦ ὀρέγεσθαι ὡς δεῖ, καὶ τοῦ ἐκκλίνειν, ἐν τῷ αὐτῷ καὶ τῆς εὐσεβείας ἐπιμελεῖται. σπένδειν δὲ, καὶ θύειν, καὶ ἀπάρχεσθαι κατὰ τὰ πάτρια, ἑκάστοις προσήκει, καθαρῶς, καὶ μὴ ἐπισεσυρμένως, μηδὲ ἀμελῶς, μηδὲ γλίσχρως, μηδὲ ὑπὲρ δύναμιν.

## CAP. XXXVIII.

EST tibi Relligionis amor? Cultórne Deorum
Sincerus fies? Menti hoc, ſuper omnia, fixum
Inſideat, ſtabili peragunt quòd numine cunctas
Res ſuperi, atque æquâ mortales lege gubernant.
Fata igitur quocunque trahant te, lætus ovanſque
I propera, jam ſponte ſequax; En, te vocat author
Jupiter; en, ducit Ratio & Sapientia Divûm.
Parce adeò incuſare Deos, neque funde querelas,
Tanquam cura Tui Superos non ulla teneret.
Hoc tamen ut perſtes animo, tibi protinùs illud
Tolle memor dictum, A Tete omnia tum Bona oriri,
Tum Mala. Sin aliunde petas rem credulus ullam;

Mox ubi fluxa cadet tibi Spes, vanique Dolores
Torquebunt animum, tunc falſo crimine Divos
Incipies premere, atque odium exercere nefandum.
Nec mirum hoc adeò eſt; quippe illud cuiq; animantûm
Inſevit Natura parens, ut, quicquid obeſt, id
Irati fugiant, & ament, quod profore credunt.
Qui ſe cunque igitur lædi putat, ille profectò
Non poterit gaudere malis, cauſîſve malorum.
Fervidus hinc Patri Juvenis convitia fundit,
Et fremit indignans, plenâ quòd promere ciſtâ
Æra ſenex renuit, ſuavem præſtantia vitam.
Necnon Thebanos fratres diſcordia vexat
Effera, dum ſolos fælices ducit uterque,
Purpura quos decorat, ſceptrique inſigne ſuperbi.
Quinetiam Nautæ pariter, pariterque Coloni,
His quia ſternit hyems ſegetes, navem obruit illis,
Oderunt Divos, atque altâ voce laceſſunt.
Factitat hoc paſſim Plebs cætera, ſeu Pueris, ſeu

Con-

Conjugibus fuerint orbati: Id ſcilicet unum
Quiſque colit, ſibi quod prodeſt. Quò pertinet, inquis,
Sermo hic? Nempe illuc tandem; Vis numina cultu
Sincero dignari, animo & venerarier æquo?
Externi nequid timeas, ponaſque ſolutis
Fræna cupidinibus, certóque has limite claudas.
Nec minùs intereà patrio bona numina ritu
Sedulus uſque cole, & Superis ſolennia dona
Caſtâ redde manu: Sive aras imbuat agnus,
Seu forſan taurus; ſeu dulcia munera Bacchi
Miſta favis libes; ſine ſordibus omnia lætus
Præſta; & nota tuæ tibi ſit menſura crumenæ;
Nec parcus nimiùm, nimiùm neque prodigus eſto.

---

## ΚΕΦ. λθʹ.

ΟΤΑΝ μαντικῇ προσίῃς, μέμνησο, ὅτι τί μὲν ἀποβήσεται οὐκ οἶδας· ἀλλὰ ἥκεις ὡς ἀπὸ τοῦ μάντεος αὐτὸ πευσόμενος. ὁποῖον δέ τι ἐστὶν, ἐλήλυθας εἰδὼς, εἴπερ εἶ φιλόσοφος. εἰ γάρ ἐστί τι τῶν οὐκ

ἐφ' ἡμῖν, πᾶσα ἀνάγκη μήτε ἀγαθὸν αὐτὸ εἶναι, μήτε κακόν. μὴ φέρε οὖν πρὸς τὸν μάντιν ὄρεξιν, ἢ ἔκκλισιν, μηδὲ τρέμων αὐτῷ πρόσει, ἀλλὰ διεγνωκώς, ὅτι πᾶν τὸ ἀποβησόμενον, ἀδιάφορον, καὶ οὐδὲν πρὸς σε, ὁποῖον δ' ἂν ᾖ· (ἔσται γὰρ αὐτῷ χρήσασθαι καλῶς, καὶ τοῦτο οὐδεὶς κωλύσει.) θαῤῥῶν οὖν, ὡς ἐπὶ συμβούλους ἔρχου τοὺς θεούς· καὶ λοιπόν, ὅταν τί σοι συμβουλευθῇ, μέμνησο, τίνας συμβούλους παρέλαβες, καὶ τίνων παρακούσῃς ἀπειθήσας. ἔρχου δὲ ἐπὶ τὸ μαντεύεσθαι, καθάπερ ἠξίου Σωκράτης, ἐφ' ὧν ἡ πᾶσα σκέψις τὴν ἀναφορὰν εἰς τὴν ἔκβασιν ἔχει· καὶ οὔτε ἐκ λόγου, οὔτε ἐκ τέχνης τινὸς ἄλλης ἀφορμαὶ δίδονται πρὸς τὸ συνιδεῖν τὸ προκείμενον. ὥστε, ὅταν δέῃ συγκινδυνεῦσαι φίλῳ, ἢ πατρίδι, μὴ μαντεύεσθαι, εἰ συγκινδυνευτέον. καὶ γὰρ ἂν προείπῃ σοι ὁ μάντις, φαῦλα γεγονέναι τὰ ἱερά, δῆλον ὅτι ὁ θάνατος σημαίνεται, ἢ πήρωσις μέρους τοῦ σώματος, ἢ φυγή. ἀλλ' ἔνι λόγος, καὶ σὺν τούτοις παρίσταται, τῷ φίλῳ καὶ πατρίδι συγκινδυνεύειν. τοιγαροῦν τῷ μείζονι μάντει πρόσεχε τῷ Πυθίῳ, ὃς ἐξέβαλε τοῦ ναοῦ τὸν οὐ βοηθήσαντα ἀναιρουμένῳ τῷ φίλῳ.

## CAP. XXXIX.

AD Vatem forſan, vel ſancta Oracula Divûm
Si conſultor eas, neſcis tu nempe negotî
Quis demùm eventus fuerit; tamen intereà ſcis,
(Si rectè ſapias) qualis, cujuſque coloris
Res ſit, téne Penes fuerit Supráve locata.
Si non te Penes eſt, mitte omnem pectore curam;
Non erit iſta Bonis res annumeranda, Maliſve.
Re ſuper hâc jam pelle metum, pelle æquus amorem,
Nec tende ad ſacram trepidans & pallidus aram.
Quis metus eſt? inquam: cùm lanx tibi pendeat uſque
Æqua bonumque malumque inter; cùm, utcunque cadat [ſors,
Te curante, queat vitæ ſervire beatæ,
Nec quiſquam valeat tua commoda tanta morari.
Audacter venias tandem ad delubra, velut ſi
Conſilium à fidis peteres incertus amicis.
Sin Superi reſponſa dabunt, monitoribus illis
Utere fidenter, neque deſpice fata Deorum.

Quid

Quid demùm Ille Anyti reus egit? Siquid ei olim
In vitâ occurrit dubium, atque à luce remotum,
Naturâ duce quod nequiit, necdum arte magiſtrâ
Eruere è tenebris, & apertas fundere in auras;
Oravit Divos, ut clarum attollere lumen,
Et caligantem vellent diſpellere nubem.
Defenſore caret ſin Patria, ſeu quis Amicus,
Vatibus haud opus eſt ullis, jam cedat aruſpex,
Ipſe Animus recti dum conſtat idoneus author.
Sed prohibet Vates, atque exta infauſta juvencæ
Ultrò aperit, Mortemque mihi, Exiliúmve minatur,
Et propriâ ſecurum in pelle quieſcere ſuadet.
Quid tibi Mens? Annon Patriæ auxiliarier æquum eſt?
Non pro Ariſque Fociſque adeunda pericula cenſes?
Siſte parum, &, Pythius quid quondam fecerit, audi.
Neſcio quis ſacram huic fortè improbus intrat in ædem,
Qui periturum olim ſub cultro liquit amicum;
Continuò exardet Deus, & fugat inde trementem

Uſque

Uſque premens; dextrà colaphis caput atque ſiniſtrà
Contundit, nebulonem animo indignatus inertem.

---

## ΚΕΦ. μ′.

ΤΑξον τινὰ ἤδη χαρακτῆρα σαυτῷ, καὶ τύπον, ὃν φυλάξῃς ἐπί τε σεαυτοῦ ὢν, καὶ ἀνθρώποις ἐντυγχάνων.

## CAP. XL.

QUO demùm formanda modo ſit vita, revolve
Sedulus, atque tibi perſonam delige certam,
Quam ſervare velis conſtanter, & uſque tueri,
Seu verſere foràs, proprio lare ſive quieſcas.

## ΚΕΦ. μα΄.

ΚΑΙ σιωπὴ τὸ πολὺ ἔστω, ἢ λαλείσθω τὰ ἀναγκαῖα, καὶ δι' ὀλίγων. σπανίως δὲ ποτε, καιροῦ παρακαλοῦντος, ἐπὶ τὸ λέγειν τι ἥξομεν· ἀλλὰ περὶ οὐδενὸς τῶν τυχόντων· μὴ περὶ μονομάχων, μηδὲ ἱπποδρομιῶν, μὴ περὶ ἀθλητῶν, μὴ περὶ βρωμάτων, ἢ πομάτων, τῶν ἑκασταχοῦ λεγομένων· μάλιστα δὲ, μὴ περὶ ἀνθρώπων, ψέγοντες, ἢ ἐπαινοῦντες, ἢ συγκρίνοντες.

## CAP. XLI.

IMprimis ſacri fuerit tibi cura ſilentî
Maxima; nec profer, niſi quæ proferre neceſſe eſt;
Atque ea perpaucis: rarò autem, & tempore dextro,
Protrahe ſermonem, & plenæ da vela loquelæ.
Tum quoque de ludis verbum Circenſibus unum
Nè facias, pugilúmve levis certamina narres.
Sed neque de potúque cibiſque age; (Nempe Popellum
Hæ curæ exercent;) Hominum ſuper omnia vitas
Et vitia exagitare vetabo, & ſplendida ineptum
Facta efferre; nec inter ſe committe viciſſim
In trutinâ cives, Minor Hic Illo, Alter Utroque.

ΚΕΦ.

## ΚΕΦ. μβʹ.

ΑΝ μὲν οὖν οἷός τε ᾖς, μέταγε τοῖς σοῖς λόγοις τοὺς τῶν συνόντων ἐπὶ τὸ προσῆκον· εἰ δὲ ἐν ἀλλοφύλοις ἀπολειφθεὶς τύχοις, σιώπα.

## CAP. XLII.

O Factum benè! Nugantes ſiquando ſodales
Allicis in frugem præclaro callidus aſtu,
Leniter & flectens poſt te trahis uſque ſequaces,
Donec eò poteris ſermonis ducere curſum,
Unde ſeges valeat Virtuti uberrima naſci.
Sin grex circumſtet Populi, pecus atque profanum,
Artibus his nuſquam locus eſt; Cede ergò pudenter,
Et ſine ſermonis lutulentum currere rivum.

## ΚΕΦ. μγ΄. μδ΄.

ΓΕλως μὴ πολὺς ἔςω, μηδὲ ἐπὶ πολλοῖς, μηδὲ ἀνειμένος.

μδ΄. Ορκον παραίτησαι, εἰ μὲν οἷόν τε, εἰς ἅπαν· εἰ δὲ μὴ, ἐκ τῶν ἐνόντων.

## CAP. XLIII. XLIV.

INtempeſtivis etiam indulgere cachinnis,

Pulmonemque agitare joco, & diducere rictum

XLIV. Te veto. Nec crebro libeat te obſtringere jure-

Jurando, & teſtes nugarum arceſſere Divos.

## ΚΕΦ. με΄.

Ἐσπάσθης τὰς ἔξω καὶ ἰδιωτικὰς διατριβάς. ἐὰν δέ ποτε γένηται καιρὸς, ἐντεινέσθω σοι ἡ προσοχὴ, μή ποτε ἄρα ὑπορρυῆς εἰς ἰδιωτισμόν. ἴσθι γὰρ, ὅτι, ἐὰν ὁ ἑταῖρος ᾖ μεμολυσμένος, καὶ τὸν συναναστρεφόμενον αὐτῷ μολύνεσθαι ἀνάγκη, κἂν αὐτὸς ὢν τύχῃ καθαρός.

## CAP. XLV.

INdocti vites etiam convivia vulgi;

Quòd ſi fortè tamen tuleris, ſi fortè pedem illuc,

O cave jam admonitus, vigili & circumſpice curâ,

Nè labem tibi Plebs, ut Pix tractata, remittat.

## ΚΕΦ. μϛ´.

ΤΑ περὶ τὸ σῶμα μέχρι τῆς χρείας ψυχῆς παραλαμβάνειν, οἷον, τροφὰς, πόμα, ἀμπεχόνην, οἰκίαν, οἰκετίαν. τὸ δὲ πρὸς δόξαν, ἢ τρυφὴν, ἅπαν περίγραφε.

## CAP. XLVI.

QUÆ ſpectant Corpus, tenus hâc erit omnibus uti,
Commoda quà fuerint Menti; Menti omnia fidè
Ancillentur, ad hanc tendant ſimul omnia metam.
Hâc aptet prudens normâ tunicam tibi ſartor,
Hâc ſoleas ſutor lege; hæc menſura bibendi,
Hæc ſit edendi etiam; huc gnarus collimet acutùm
Et ferri faber, & ligni; hic modus ædibus, hic ſit
Porticibus; ſtatuat numerum hæc quoque regula ſervis.
Nil horum ad luxum referas, famámve; nec unum
Quantumvis curtum phaleris impende trientem.

## ΚΕΦ. μζʹ.

ΠΕΡΙ ἀφροδίσια εἰς δύναμιν πρὸ γάμου καθαρευτέον· ἁπτομένῳ δὲ, ὡς νόμιμόν ἐστι, μεταληπτέον. μὴ μέντοι ἐπαχθὴς γίνου τοῖς χρωμένοις, μηδὲ ἐλεγκτικός· μηδὲ πολλαχοῦ τὸ, ὅτι αὐτὸς οὐ χρῇ, παράφερε.

## CAP. XLVII.

Gaudia nec Veneris, niſi quæ tibi caſta miniſtrat
Sanctus Hymen, nôris; Matronis, Virginibuſque
Te ſaltem abſtineas, ſolâque in Laïde pecces.
Nè tamen inſectere alios, neque turpia cenſor
Facta notes, ſpurcíſve intentes crimina mæchis,
Nec tete Hippolytum jactes, aut Bellerophontem.

## ΚΕΦ. μη΄.

ΕΑΝ τίς σοι ἀπαγγείλῃ, ὅτι ὁ δεῖνά σε κακῶς λέγει, μὴ ἀπολογοῦ πρὸς τὰ λεχθέντα· ἀλλ᾽ ἀποκρίνου, ὅτι, ἠγνόει γὰρ τὰ ἄλλα προσόντα μοι κακά, ἐπεὶ οὐκ ἂν ταῦτα μόνα ἔλεγεν.

## CAP. XLVIII.

QUID de te blaterent alii, ſi narrat in aurem
Quis tibi ſedulus, & fidè maledicta recenſet,
Nè tu ſollicitus temet purgare labores,
Nec famæ aſperſam cures detergere labem;
At leviter ridens, Benè habet res, ſubjice; Fælix
Nonne Ego ſum, mea quòd lateant hos Cætera cæcos
Crimina? quippe aliàs non certè Hæc ſola notâſſent;
Omnia nudâſſent Vitia, in lucemque tuliſſent.

## ΚΕΦ. μθ΄.

Εἰς τὰ θέατρα τὸ πολὺ παριέναι οὐκ ἀναγκαῖον. εἰ δέ ποτε καιρὸς εἴη, μηδενὶ σπουδάζων φαίνου, ἢ σεαυτῷ· τουτέστι, θέλε γίνεσθαι μόνα τὰ γινόμενα, καὶ νικᾶν μόνον τὸν νικῶντα· οὕτω γὰρ οὐκ ἐμποδισθήσῃ. βοῆς δὲ, καὶ τοῦ ἐπιγελᾶν τινι, ἢ ἐπὶ πολὺ ἐπικινεῖσθαι, παντελῶς ἀπέχου. καὶ μετὰ τὸ ἀπαλλαγῆναι, μὴ πολλὰ περὶ τῶν γενομένων διαλέγου, ὅσα μὴ φέρει πρὸς τὴν σὴν ἐπανόρθωσιν· ἐμφαίνεται γὰρ ἐκ τοῦ τοιούτου, ὅτι ἐθαύμασας τὴν θέαν.

## CAP. XLIX.

QUod ſupereſt, ſpiſſi neque ludos ſæpè theatri
Quæras,nec vacuam teneant ſpectacula mentem:
At ſiquando adeò tulerit res, (nam neque cenſor
Durus ego fuero) ſiquando evenerit olim,
His quoque ut interſis, hoc tantùm poſtulo, ut unum
Te attentus ſpectes, in Te mens hæreat uno.
Iſto nempe velis fieri illìc omnia more,
Quo fiunt; illum Victorem incedere malis
Qui victor fuerit; (Non ullæ ſic tibi mentem

Impe-

Impedient curæ;) Sed nec riſu fremitúque
Inſtes, aut miſerum rumpas clamore theatrum.
Nec repetita ex integro ſpectacula promas
Ipſe domi apponens ſociis cuncta ordine ab ovo ad
Mala; Pugil melior quis ſit, truculentior Urſus
Pugnet uter, potiórve Leo venabula frangat:
Nugas mitte leves; (neque enim ſapientior hilo,
Cultior aut fuerit tibi mens;) linque iſta popello
Gaudia, nec ſtudio captus videaris inani.

---

## ΚΕΦ. ν'.

ΕΙΣ ἀκροάσεις τινῶν μὴ ἧκε, μηδὲ ῥᾳδίως πάειθι· παριὼν δὲ, τὸ σεμνὸν, καὶ εὐσταθὲς, καὶ ἅμα ἀνεπαχθὲς φύλασσε.

## CAP. L.

ET recitatores cautè vitare Poëtas
Cura tibi fuerit: Saltem ſubſellia plauſu
Nè frangas; nedum miſeri famam attere Vatis.

ΚΕΦ.

## ΚΕΦ. να΄.

ΟΤΑΝ τινὶ μέλλεις συμβάλλειν, καὶ μάλιστα τῶν ἐν ὑπεροχῇ δοκούντων, πρόβαλε σαυτῷ, τί ἂν ἐποίησεν ἐν τούτῳ Σωκράτης, ἢ Ζήνων· καὶ οὐκ ἀπορήσεις τοῦ χρήσασθαι προσηκόντως τῷ ἐμπεσόντι.

## CAP. LI.

CUM quocunque Viro fueris venturus in unum,
(Præſertim ſi fama hominis, nomenque, decuſque
Claruerit,) prudens multò tecum antè volutes,
Quid Zeno faceret, quid jam ſapientia dia
Socratis, hoc poſitus ſi fortè loco eſſet utervis.
Tum perge intrepidus; nullus manet inde peric'li
Erroríſve metus; ſed enim, ductoribus illis,
Omnia perfectum expedies benè gnarus ad unguem.

## ΚΕΦ. νϐ΄.

ΟΤΑΝ φοιτᾷς πρός τινα τῶ μέγα δυναμένων πρόϐαλλε, ὅτι ἐχ εὑρήσεις αὐτὸν ἔνδον, ὅτι ἀπεκλείσθη, ὅτι ἐκτιναχθήσονταί σοι αἱ θύραι, ὅτι ἐ φροντιεῖ σε· κἂν σὺν τέτοις ἐλθεῖν καθήκῃ, φέρε τὰ γινόμενα, καὶ μηδέποτε εἴπῃς αὐτὸς πρὸς σεαυτὸν, ὅτι ἐκ ἦν τοσῦτον. ἰδιωτικὸν γὰρ, καὶ διαϐεϐλημένε πρὸς τὰ ἐκτός.

## CAP. LII.

TUM quoque, cùm ſupplex venerandi ad limina [Regis
Tendis iter, prodeſt animo hos præſumere caſus:

Exiit Ille foràs dudum; aut intentus agit res

Fortè domi clauſus; quin hinc atque inde procaces

Cum fremitu inſtabunt Servi, adverſiſque abigent me

Imbellem obnixi foribus: Sin fortè beatus

Vix coràm advenio; quid Rex? Rex fronte ſedebit

Rugoſâ, naſóve inopem ſuſpendet adunco.

Ut ſe habeat res iſta, vides; Vis pergere? perge;

Atque omnes perfer conſtanti pectore caſus.

At

At nè te pòſt incuſes, fruſtráque laborem
Suſceptum doleas, ſortémve queraris iniquam;
Id Populus faciat; Sapientem haud Talia tangunt.

---

## ΚΕΦ. νγ΄.

ΕΝ ταῖς ὁμιλίαις ἀπέστω τὸ πινὰ τῶν ἑαυτοῦ ἔργων ἢ κινδύνων ἐπὶ πολὺ καὶ ἀμέτρως μεμνῆσθαι. οὐ γὰρ ὡς σοὶ ἡδύ ἐστι τὸ τῶν σῶν κινδύνων μεμνῆσθαι, οὕτω καὶ τοῖς ἄλλοις ἡδύ ἐστι τὸ τῶν σοι συμβεβηκότων ἀκούειν.

## CAP. LIII.

SED neque res memorare tuas ex ordine geſtas,
Nec, quibus ereptus, terrâve maríve, peric'lis,
Quid tuleris belli atque domi, narrare labora.
Dulce eſt præteritos, inquis, percurrere caſus.
Dulce quidem eſt iterare Tibi; Mî audire Moleſtum.

## ΚΕΦ. νδ'.

Ἀπέστω δὲ καὶ τὸ γέλωτα κινεῖν. ὀλισθηρὸς γὰρ ὁ τόπος εἰς ἰδιωτισμὸν, καὶ ἅμα ἱκανὸς τὴν αἰδῶ τὴν πρός σε τῶν πλησίον ἀνιέναι.

## CAP. LIV.

NEC captare velis inter convivia riſum,
Auritumque fricare jocis ſalibuſque popellum;
Hoc gravitaſque fideſque perit pacto; exque Catone
Jam Davus ludo tantùm plebi fueris &
Delectamento, citharœdus utì atque choraules.

---

## ΚΕΦ. νε'.

Ἐπισφαλὲς δὲ, καὶ τὸ εἰς αἰσχρολογίαν προελθεῖν. ὅταν οὖν τι συμβῇ τοιοῦτον, ἂν μὲν εὔκαιρον ᾖ, ἐπίπληξον τῷ προελθόντι· εἰ δὲ μὴ, τῷ γε ἀποσιωπῆσαι, καὶ ἐρυθριᾶσαι, καὶ σκυθρωπῆσαι, δῆλος γίνου δυσχεραίνων τῷ λόγῳ.

## CAP. LV.

NUmquis perfrictâ fronte, extinctóque pudore,
Scorta crepat, lenaſque meras, & olentia luſtra?
Acriter objurges hominem, tacitúmve pudenter
Te ſaltem teneas, dejecto & lumina vultu
Demittas; non hic coram Te talia poſthàc
Fundere, non ſpurcas audebit promere voces.

---

## ΚΕΦ. νϛ'.

ΕΑΝ ἡδονῆς τινος φαντασίαν λάβῃς, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων, φύλασσε σαυτόν, μὴ συναρπασθῇς ὑπ' αὐτῆς· ἀλλ' ἐκδεξάσθω σε τὸ πρᾶγμα, καὶ ἀναβολήν τινα παρὰ σεαυτοῦ λάβε· ἔπειτα μνήσθητι ἀμφοτέρων τῶν χρόνων, καθ' ὅν τε ἀπολαύσῃς τῆς ἡδονῆς, καὶ καθ' ὅν, ἀπολαύσας, ὕστερον μετανοήσῃς, καὶ αὐτὸς σεαυτῷ λοιδορήσῃ· καὶ τούτοις ἀντίθες, ὅπως ἀποσχόμενος χαρήσῃς, καὶ ἐπαινέσῃς αὐτὸς σεαυτόν. ἐὰν δέ σοι καιρὸς φανῇ ἅψασθαι τοῦ ἔργου, πρόσεχε μὴ νικήσῃ σε τὸ προσηνὲς αὐτοῦ, καὶ ἡδύ, καὶ ἐπαγωγόν· ἀλλ' ἀντιτίθει, πόσῳ ἄμεινον τὸ συνειδέναι σαυτῷ, ταύτην τὴν νίκην νενικηκότι.

## CAP. LVI.

ECqua Voluptatis tibi grata arridet imago?
O nè te vinctum rapiat, teneriſque moretur
Illecebris; quin ſiſte parùm; diludia poſcas
Admonitus, totamque agites animo penitùs rem.
Quàm brevis hæc fuerit tibi, quàm fugitiva voluptas,
Pende etiam atque etiam, memor & ſis temporis ejus,
Cùm pòſt angeris miſer, occultóque flagello
Supplicium dabis Ipſe Tibi; tum pende viciſſim,
Quàm tibi jucundum fuerit, pariterque decorum,
Reſponſâſſe cupidinibus. Conceſſa voluptas
Viſa licèt fuerit tibi, vel tum ſuavia mentem
Blandimenta cave illaqueent; & ſubjice, quanto
Splendidius fuerit, quanto Jucundius, Ipſum
Vincere Te, lætoſque intùs celebrare triumphos.

## ΚΕΦ. νζʹ.

ΟΤΑΝ τὶ, διαγνοὺς ὅτι ποιητέον ἐστὶ, ποιῇς, μηδέποτε φύγῃς ὀφθῆναι πράσσων αὐτὸ, κἂν ἀλλοῖόν τι οἱ πολλοὶ μέλλωσι περὶ αὐτοῦ ὑπολαμβάνειν. εἰ μὲν γὰρ οὐκ ὀρθῶς ποιεῖς, αὐτὸ τὸ ἔργον φεῦγε· εἰ δὲ ὀρθῶς, τί φοβῇ τοὺς ἐπιπλήξοντας οὐκ ὀρθῶς;

## CAP. LVII.

INdex an recti mens te monet? ecquid agendum
Fida docet? nè tu timidus vitare labores
Conſpectum vulgi, nec te in ſecreta recondas
Cenſuræ nimiùm metuens; quid enim? mala ſi res
Viſa ſit & turpis, Rem ipſam fuge ſanus, & unum
Te caſtus vereare pudenter: Sin tibi fas &
Æquum animus ſuadet, perge, i, bone, perge; popellum
Cur metuis, qui te præter fas damnat & æquum?

## ΚΕΦ. νη′.

ΩΣ τὸ, ἡμέρα ἐστὶ, καὶ, νύξ ἐστι, πρὸς μὲν τὸ διεζευγμένον μεγάλην ἔχει ἀξίαν, πρὸς δὲ τὸ συμπεπλεγμένον ἢ συνημμένον ἀπαξίαν· οὕτω καὶ τῶν παρακειμένων τὰ μείζονα ἐλεῖν, πρὸς μὲν τὸ σῶμα μεγάλην ἔχει ἀξίαν, πρὸς δὲ τὸ κοινὸν ἐν ἑστιάσει, οἷον δεῖ, μὴ φυλάσσειν, ἀπαξίαν ἔχει. ὅταν οὖν συνεσθίῃς ἑτέρῳ, μέμνησο, οὐ μόνον τὴν πρὸς τὸ σῶμα ἀξίαν τῶν παρακειμένων ὁρᾷν, ἀλλὰ καὶ τὴν πρὸς τὸν ἑστιάτορα, οἵαν δεῖ φυλαχθῆναι.

## CAP. LVIII.

VEL Nox, vel Lux eſt; hoc verè dixeris; at ſi,
Eſt Nox atque Dies, dicas, periiſſe pudorem
Omnes clamabunt meritò pueri atque puellæ.
Sic poſitos raptare cibos, & faucibus unctis
Lectas deglutire dapes, aut condere mappâ
Stillantem, in loculos & clàm demittere, turdum,
Utile nempe Tibi eſt, at non adeò utile Nobis
Convivis miſeros tantùm rodentibus ungues.
Nè ſolùm cures, Tibi quid proſit; ſed & ipſum

Regem

Regem reſpicias; ad cænam is nempe vocavit
Nos pariter Tecum; ſuus Illi ſalvus honor ſtet.

---

## ΚΕΦ. νθ΄.

Αν ὑπὲρ δύναμιν ἀναλάβῃς τι πρόσωπον, καὶ ἐν τούτῳ ἠσχημόνησας, καὶ, ὃ ἠδύνασο ἐκπληρῶσαι, παρέλιπες.

## CAP. LIX.

Siquando indueris perſonam, quæ tibi longè
Exſuperat vires, aptéque hærere recuſat;
Nil agis, & magno fruſtrà molimine ſudas:
At, quas intereà poteras cum laude tueri,
Intactas linquis partes; ridendus utrinque.

## ΚΕΦ. ξʹ.

ΕΝ τῷ περιπατεῖν, καθάπερ προσέχεις μὴ ἐπιβῇς ἥλῳ, ἢ στρέψῃς τὸν πόδα· οὕτω πρόσεχε, μὴ τὸ ἡγεμονικὸν βλάψῃς τὸ σεαυτοῦ· καὶ τοῦτ' ἂν ἐφ' ἑκάστου ἔργου παραφυλάσσωμεν, ἀσφαλέστερον ἀψόμεθα τοῦ ἔργου.

## CAP. LX.

CUM quis iter pedibus faciat, curabit (opinor)
Nè Plantam impingat clavo, nè ſente ſecet Crus,
Nè Talum imprudens pravè diſtorqueat: huic To
In Vitâ ſimilem præſtes, multùmque caveto,
Nè lædas Animum ipſe Tuum. Sin hanc benè ſanus
Uſque tenes legem, vives & rectiùs idem, &
Tutiùs, immuniſque peric'li opus omne movebis.

## ΚΕΦ. ξαʹ.

ΜΕτρον κτήσεως τὸ σῶμα ἑκάστῳ, ὡς ὁ ποὺς ὑποδήματος. ἂν μὲν οὖν ἐπὶ τούτου στῇς, φυλάξεις τὸ μέτρον· ἐὰν δὲ ὑπερβῇς, ὡς κατὰ κρημνοῦ λοιπὸν ἀνάγκη σε φέρεσθαι· καθάπερ καὶ ἐπὶ τοῦ ὑποδή-

ὑποδήματος, ἐὰν ὑπὲρ τὸν πόδα ὑπερβῇς, γίγνεται κατάχρυσον ὑπόδημα, εἶτα πορφυροῦν, εἶτα κεντητόν. τοῦ γὰρ ἅπαξ ὑπὲρ τὸ μέτρον ὅρος οὐδείς ἐστιν.

## CAP. LXI.

SIT mihi tantum æris, quantum frigúſque famémque
Defendat, tutámque queat præſtare ſalutem!
Jam ſatis; Hic Modus eſt Nummorum, ut Pes Solearum.
Hæc requies, votorum hic terminus eſto meorum.
Sin temerè ulteriùs contendam, heu, per ſpatium ingens
Mox ferar invitus, neque erit mihi ponere metam.
Calceus aptetur pedibus. Quin ô utinam auro
Splendeſcat! Soleas mihi Jupiter æquus inaurat.
Purpura jam accedat! quid jam amplius? O miſerum me,
Gemmæ abſunt! quàm lautè hinc inde niteret iaſpis!
Sic ubi Naturæ fines quis tranſit, in altum
Devius avehitur, nec habet quà ſiſtere poſſit,

## ΚΕΦ. ξϛʹ.

**A**I γυναῖκες εὐθὺς ἀπὸ τεσσαρεσκαίδεκα ἐτῶν ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν κύριαι καλοῦνται. τοιγαροῦν ὁρῶσαι, ὅτι ἄλλο μὲν οὐδὲν αὐταῖς πρόσεστι, μόνον δὲ συγκοιμᾶσθαι τοῖς ἀνδράσιν, ἄρχονται καλλωπίζεσθαι, καὶ ἐν τούτῳ πάσας ἔχειν τὰς ἐλπίδας. προσέχειν οὖν ἄξιον, ἵνα αἴσθωνται, διότι ἐπ' οὐδενὶ ἄλλῳ τιμῶνται, ἢ τῷ κόσμιαι φαίνεσθαι, καὶ αἰδήμονες, ἐν σωφροσύνῃ.

## CAP. LXII.

FIliola eſt mihi pulchra domi: jam nunc capit annus
A decimo hanc quartus; jam nunc laſcivus amator
Ardet, & excubat ante fores, liménque coronat.
Continuò illa comas ornare & pectere, & altum
Ædificare caput, nitidas ſimul undique veſtes
Quærere, & ad ſpeculum faciem componere curat.
Artibus his nè fide nimis, bona virgo; pudori
Conſule; ſint compti mores; bellam indue mentem;
Hinc decus, hinc tibi creſcet honor; jam denique ab omni
Parte nites, Venerémque meram te jure fatemur.

## ΚΕΦ. ξγ'.

Ἀφυΐας σημεῖον, τὸ ἐνδιατρίβειν τοῖς περὶ τὸ σῶμα, οἷον, ἐπὶ πολὺ γυμνάζεσθαι, ἐπὶ πολὺ ἐσθίειν, ἐπὶ πολὺ πίνειν, ἐπὶ πολὺ ἀποπατεῖν, ὀχεύειν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν παρέργῳ ποιητέον· περὶ δὲ τὴν γνώμην ἡ πᾶσα ἔστω ἐπιστροφή.

## CAP. LXIII.

ESSE diu, potare diu, atque impendere tempus
Pelliculæ, Veneríque, atque his ſe dedere totum,
Ingenii eſt hebetis, craſſíque, animíque puſilli.
Non tanto conatu opus eſt, aut arte ad eas res,
Quæ meliùs fiunt obiter, nullóque labore.
Muni animum Virtute, ſeram vigil excole mentem ;
Seria res hæc eſt, hîc viribus utere totis,
Manè opus hoc agites, nec veſpertinus omittas.

## ΚΕΦ. ξδʹ.

ΟΤΑΝ τίς σε κακῶς τι ποιῇ, ἢ κακῶς σε λέγῃ, μέμνησο, ὅτι καθήκειν αὐτῷ οἰόμενος, ποιεῖ, ἢ λέγει. οὐχ οἷόν τε οὖν ἀκολουθεῖν αὐτὸν τῷ σοὶ φαινομένῳ, ἀλλὰ τῷ ἑαυτῷ. ὥστε, εἰ κακῶς αὐτῷ φαίνεται, ἐκεῖνος βλάπτεται, ὅσπερ καὶ ἐξηπάτηται. καὶ γὰρ τὸ ἀληθὲς συμπεπλεγμένον ἄν τις ὑπολάβῃ ψεῦδος, οὐ τὸ συμπεπλεγμένον βέβλαπται, ἀλλ' ὁ ἐξαπατηθείς. ἀπὸ τούτων οὖν ὁρμώμενος, πρᾴως ἕξεις πρὸς τὸν λοιδοροῦντα· ἐπιφθέγγου γὰρ ἐφ' ἑκάστῳ, ὅτι, ἔδοξεν αὐτῷ.

## CAP. LXIV.

LÆdere te numquis tentat, damnúmque malignus
Inferre immerito? numquis te dentibus atris
Rodit lividus? Hæc tecum; Sic prorſus agendum
Cenſet, & ipſe ſuo jure utitur; Ecquid ego illi
Imponam leges? num Mî geret, an Sibi, morem?
Nimirum Sibimet: Sin pravè judicat, Illum,
Non Me noxa premit; nam Vero ſiquis aberret,
Læditur Ipſe quidem, Veri ratio integra perſtat.

Sic agites tecum prudens ſi re ſuper omni,
Tum, ſiquis tibi fortè olim convitia fundat,
Tu tamen immotus, vultúque & pectore conſtans,
Sic viſum eſt Illi, Sic judicat Ille, repones.

## ΚΕΦ. ξε′.

ΠΑΝ πρᾶγμα δύο ἔχει λαβάς, τὴν μὲν φορητήν, τὴν δὲ ἀφόρητον. ὁ οὖν ἀδελφὸς ἐὰν ἀδικῇ, ἐντεῦθεν αὐτὸ μὴ λαμβάνῃς, ὅτι ἀδικεῖ· αὕτη γὰρ ἡ λαβή ἐστιν αὐτοῦ οὐ φορητή· ἀλλὰ ἐκεῖθεν μᾶλλον, ὅτι ἀδελφὸς, ὅτι σύντροφος· καὶ λήψῃ αὐτὸ, καθ᾽ ὃ φορητόν ἐστιν.

## CAP. LXV.

QUæque Duas Anſas, hinc Dextram, atque inde Siniſtram,
Res habet; Una teres, dura Altera & aſpera tactu eſt.
Frater me indignum læſit. Pars illa Siniſtra eſt:
Aufer abinde manum; neque enim eſt tractabilis anſa.
At verò eſt idem Frater, dulciſſimus & mî
A puero Convictor. Ab hâc demùm arripe parte
Rem ſapiens, habilémque manu verſare licebit.

## ΚΕΦ. ξϛʹ.

ΟΥτοι οἱ λόγοι ἀσύνακτοι, ἐγώ σου πλουσιώτερός εἰμι, ἐγώ σου ἄρα κρείσσων· ἐγώ σου λογιώτερος, ἐγώ σου ἄρα κρείσσων. ἐκεῖνοι δὲ μᾶλλον συνακτικοί· ἐγώ σου πλουσιώτερός εἰμι, ἡ ἐμὴ ἄρα κτῆσις τῆς σῆς κρείσσων· ἐγώ σου λογιώτερος, ἡ ἐμὴ ἄρα λέξις τῆς σῆς κρείσσων· σὺ δέ γε οὔτε κτῆσις εἶ, οὔτε λέξις.

## CAP. LXVI.

STant circùm ſacci Nummorum, & fænore largo
Noctes atque Dies auri Tibi creſcit acervus;
Dum manet in ciſtâ Mihi vix as unicus imâ.
Quin etiam Eloquio polles, atque ore diſerto
Clareſcis; cùm nulla Mihi ſit copia fandi.
Túne igitur tandem pacto hoc præſtantior es Me?
Téne Ego deterior? Nego; Non ſatis illa cohærent.
Si verò ambigitur, Tua Res præſtantior, an ſit
Res Mea; num meliùs Tua Vox permulceat aurem,
An Mea; Dedo manus, nec verbum addo amplius unum.

## ΚΕΦ. ξζ'.

Λούεταί τις ταχέως; μὴ εἴπῃς, ὅτι κακῶς, ἀλλ' ὅτι ταχέως. πίνει τις πολὺ οἶνον; μὴ εἴπῃς, ὅτι κακῶς, ἀλλ' ὅτι πολύ. πρὶν γὰρ διαγνῶναι τὸ δόγμα, πόθεν οἶσθα εἰ κακῶς; οὕτως οὐ συμβήσεταί σοι, ἄλλας μὲν φαντασίας καταληπτικὰς καταλαμβάνειν, ἄλλας δὲ συγκατατίθεσθαι.

## CAP. LXVII.

NUM Citò quis ſua membra lavat? Tu protinus illum
Haud Malè, ſed tantùm Citò dicas eſſe lavatum.

Numquis fæcundos calices Largè haurit Jacchi?
Hunc Largè dicas potare, haud Largiùs Æquo.
Quî Tibi conſtat enim, quâ mente Is, conſiliiſque
Id faciat quibus? Ad rationem hanc omnia judex
Si bonus exigis, hinc liquidò pernoſcere poſſis
Res alias, alias veniâ dignaberis æquus.

## ΚΕΦ. ξη΄.

Μηδαμοῦ σαυτὸν εἴποις φιλόσοφον, μηδὲ λάλει τὸ πολὺ ἐν ἰδιώταις περὶ τῶν θεωρημάτων· οἷον, ἐν συμποσίῳ μὴ λέγε πῶς δεῖ ἐσθίειν, ἀλλὰ ἔσθιε ὡς δεῖ· μέμνησο γὰρ ὅτι οὕτως ἀφῃρήκει πανταχόθεν Σωκράτης τὸ ἐπιδεικτικόν. ἤρχοντο πρὸς αὐτὸν, βουλόμενοι φιλοσόφοις ὑπ᾽ αὐτοῦ συστᾶθηναι, κἀκεῖνος ἀπῆγεν αὐτούς· οὕτως ἠνείχετο παρορώμενος.

## CAP. LXVIII.

PRæterea, neque tu Sapientis nomen adoptes,
Nec,cùm erit ad cænam ventum, ſub tempus edendi
Ore crepes tumido rigidus dictata magiſter,
Hæc Lex eſto,Viri; Comedendi hæc norma; quid ad rem?
Ipſe memor ſerves legem hanc, & grandia mittas
Dogmata, Socratico ſapiens & more geras te.
Arripit hunc quidam, ut narrant, &, Dic mihi aventi
Diſcere, Dic, inquit, Vitæ præcepta beatæ
Quis dabit? Ille pudens alium ſtolido inde magiſtrum
Commendat, monſtratque viam, & comitatur euntem.

## ΚΕΦ. ξθ'.

ΩΣΤΕ κἂν περὶ θεωρήματός τινος ἐν ἰδιώταις ἐμπίπτῃ λόγος, σιώπα τὸ πολύ· μέγας γὰρ ὁ κίνδυνος εὐθὺς ἐξεμέσαι ὃ οὐκ ἔπεψας. καὶ ὅταν εἴπῃ σοι τὶς, ὅτι οὐδὲν οἶσθα, καὶ σὺ μὴ δηχθῇς, τότε ἴσθι, ὅτι ἄρχῃ τοῦ ἔργου. ἐπεὶ καὶ τὰ πρόβατα οὐ χόρτον φέροντα τοῖς ποιμέσιν ἐπιδεικνύει πόσον ἔφαγεν· ἀλλὰ τὴν νομὴν ἔνδον πέψαντα, ἔριον ἔξω φέρει, καὶ γάλα. καὶ σὺ τοίνυν μὴ τὰ θεωρήματα τοῖς ἰδιώταις ἐπιδείκνυε, ἀλλ᾽, αὐτῶν πεφθέντων, τὰ ἔργα.

## CAP. LXIX.

DUM, quid ſit Virtus, quid Non, natura Boni quæ,
Plebs agitat, tacitum cautus te reprime; nam cur
Promere feſtinas, animo quæ concoquere imo
Longè rectius eſt? Sin quis truculentior urget,
Ignarúmque hebetémque vocat, túque id ſimul æquo
Pectore fers, jam macte animis, jam macte triumphis,
Hos primos tibi dia tulit Sapientia fructus.
Nam neque Oves modò depaſtam crudæ domino herbam

Eructant

Eructant coram temerè, at mox, gramine coćto,
Multo lacte fovent cuſtodem, & vellere ditant.
Hinc aptè exemplum ſumas, nec pabula mentis
Immatura nimis regeras, ſed cura ſit intùs
Didita digerere, &, perfecto temporis orbe,
Occultum refer in Vitâ Factiſque ſaporem.

## ΚΕΦ. ο΄.

ΟΤΑΝ εὐτελῶς ἡρμοσμένος ᾖς κατὰ τὸ σῶμα, μὴ καλλωπίζου ἐπὶ τούτῳ· μηδ᾽, ἂν ὕδωρ πίνῃς, ἐκ πάσης ἀφορμῆς λέγε, ὅτι ὕδωρ πίνεις. κἂν ἀσκῆσαί ποτε πρὸς πόνον θέλεις, σεαυτῷ, καὶ μὴ τοῖς ἔξω, μὴ τοὺς ἀνδριάντας περιλάμβανε· ἀλλὰ διψῶν ποτε σφοδρῶς, ἐπίσπασαι ψυχροῦ ὕδατος, καὶ ἔκπτυσον, καὶ μηδενὶ εἴπῃς.

## CAP. LXX.

SI tenui forſan victu, parvoque beatus  
Exerces durum parcè & frugaliter ævum,  
Nè valdè hinc placeas tibi Tu, neque talia jactes  
Ad populum, En, Ego potor aquæ! Me abſtemius ecquis  
Eſt magis? At neque tu, vulgi ſpectante catervâ,  
Primo manè, nives inter gelidaſque pruinas,  
Algentes ſtatuas ulnis amplectere nudis,  
Dictitet ut fortem plebs, invictumque dolore.  
Quòd ſi æſtate urit mediâ ſitis avida guttur,  
Irriget os levis hauſtus aquæ; tum fortiter undam  
Exſpue; ſic faxis; homini id neque dixeris ulli.

ΚΕΦ.

## ΚΕΦ. οα΄.

ΙΔιώτου στάσις καὶ χαρακτήρ· οὐδέποτε ἐξ ἑαυτοῦ προσδοκᾷ ὠφέλειαν ἢ βλάβην, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῶν ἔξω. φιλοσόφου στάσις καὶ χαρακτήρ· πᾶσαν ὠφέλειαν καὶ βλάβην ἐξ ἑαυτοῦ προσδοκᾷ.

## CAP. LXXI.

VIS pingam Sapientem unâ, Stultumque, tabellâ?
Hic eſto Stultus, qui, quod metuat, cupiátve,
Extra Se poſitum eſſe putat: Contrarius Alter,
Quod metuat, cupiátve, ſcit Unum Se Penes eſſe.

## ΚΕΦ. οβ'.

ΣΗμεῖα προκόπτοντος· οὐδένα ψέγει, οὐδένα ἐπαινεῖ, οὐδένα μέμφεται, οὐδενὶ ἐγκαλεῖ, οὐδὲν περὶ ἑαυτοῦ λέγει, ὡς ὄντος τινὸς, ἢ εἰδότος τι. ὅταν ἐμποδισθῇ τι, ἢ κωλυθῇ, ἑαυτῷ ἐγκαλεῖ. κἂν τις αὐτὸν ἐπαινῇ, καταγελᾷ τοῦ ἐπαινοῦντος αὐτὸς παρ' ἑαυτῷ· κἂν ψέγῃ, οὐκ ἀπολογεῖται· περίεισι δὲ, καθάπερ οἱ ἄῤῥωστοι, εὐλαβούμενός τι κινῆσαι τῶν καθισταμένων, πρὶν πῆξιν λαβεῖν. ὄρεξιν ἅπασαν ἤρηκεν ἀφ' ἑαυτοῦ· τὴν δ' ἔκκλισιν εἰς μόνα τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐφ' ἡμῖν μετατέθεικεν. ὁρμῇ πρὸς ἅπαντα ἀνειμένῃ χρῆται. ἂν ἠλίθιος, ἢ ἀμαθὴς δοκῇ, οὐ πεφρόντικε. ἑνί τε λόγῳ, ὡς ἐχθρὸν ἑαυτὸν παραφυλάσσει καὶ ἐπίβουλον.

## CAP. LXXII.

PRofecítne aliquis? Certis cognoſcere ſignis
Id licet; Haud quenquam laudat, probríſve laceſſit,
Haud culpat quenquam, neq; quenquam crimine damnat.
Non de Se loquitur, tanquam ſapientior eſſet
Aut aliis melior : Res illum ſiqua moretur,
Res ſiqua impediat, ſe damnat & increpat unum.

Numquis

Numquis eum Laudat? laudatorem, intùs, ineptum,
Inque ſinu ridet, præconem exoſus hiantem.
Numquis eum Culpat? tantundem eſt: id quoque flocci
Pendit, nec verbum contrà unum reddere curat.
Et luxavit utì ſiquis crus, inque locum vix
Tandem reſtituit, jam cautiùs & pedetentim
Incipit ire, pigriſque movet ſe paſſibus æger,
Et baculo innixus circumſpicit, & cavet, aſpri
Offendat nequid, pedibus neque credulus audet
Fidere, dum firmæ redeunt in corpora vires:
Sic aget Ille recens doctus. Tum nil petet extrà
Sollicitus, metuetque nihil, niſi pellere Marte
Quod potis Ipſe Suo eſt, & cui ratio æqua reclamat.
Tum demùm quæcunque optat, moderatiùs optat
Omnia, nec temerè in præceps cæco impete fertur.
Sibilet hunc populus; nil penſi eſt: clamet inertem,
Inſulſumque, hebetemque; haud abnuit: adde aſinumque,
Et lapidem, plumbumque ſuper; juxtà omnia ſurdo

Narras; Unus homo eſt, idemque: Sed intereà Se
Inſidiatorem catus & veluti timet hoſtem.

---

## ΚΕΦ. ογ΄.

ΟΤΑΝ τις ἐπὶ τῷ νοεῖν καὶ ἐξηγεῖσθαι δύνασθαι τὰ Χρυσίππου βιβλία σεμνύνεται, λέγε αὐτὸς πρὸς σεαυτόν, ὅτι, εἰ μὴ Χρύσιππος ἀσαφῶς ἐγεγράφει, οὐδὲν ἂν εἶχεν οὗτος ἐφ᾽ ᾧ σεμνύνηται. ἐγὼ δὲ τί βούλομαι; καταμαθεῖν τὴν φύσιν, καὶ ταύτῃ ἕπεσθαι. ζητῶ οὖν, τίς ἐστιν ὁ ἐξηγούμενος; καὶ ἀκούσας ὅτι Χρύσιππος, ἔρχομαι πρὸς αὐτόν. ἀλλ᾽ οὐ νοῶ τὰ γεγραμμένα· ζητῶ οὖν τὸν ἐξηγούμενον. καὶ μέχρι τούτων οὔπω σεμνὸν οὐδέν. ὅταν δὲ εὕρω τὸν ἐξηγούμενον, ἀπολείπεται χρῆσθαι τοῖς παρηγγελμένοις· τοῦτο αὐτὸ μόνον σεμνόν ἐστιν. ἂν δὲ αὐτὸ τοῦτο τὸ ἐξηγεῖσθαι θαυμάσω, τί ἄλλο ἢ γραμματικὸς ἐπετελέσθην ἀντὶ φιλοσόφου; πλήν γε δή, ὅτι ἀντὶ Ὁμήρου Χρύσιππον ἐξηγούμενος. μᾶλλον οὖν, ὅταν τις εἴπῃ μοι, ἐπανάγνωθί μοι Χρύσιππον, ἐρυθριῶ, ὅταν μὴ δύνωμαι ὅμοια τὰ ἔργα καὶ σύμφωνα ἐπιδεικνύειν τοῖς λόγοις.

## CAP. LXXIII.

EST homo, Chryſippi qui volvit ſcripta, animóque
Cuncta tenet commiſſa fideli, atque omnia ad un-
[guem
Callet; quin effert ſeſe hinc, planéque beatus
Applaudit ſibi, & ex chartis pretium arrogat iſtis
Concutiens alas: Verùm, nî obſcurius illud
Chryſippi eſſet opus, niſi fortè ea lucis egeret
Pagina, jactandi temet quis tum locus eſſet?
Hic adeò fons atque rei caput; En, duce certum eſt
Vivere Naturâ, atque uti Ratione Magiſtrâ.
At mihi quis præcepta dabit? quóve auſpice nitar?
Chryſippo: quis enim melior? Numero æra, librumque
Mox emo. Deinde rogo, quis luce carentia verba
Explicat? Hanc aliquis mî Interpres præſtat opellam.
Hactenus haud quicquam merui, neque ſplendida laudis
Præmia mî poſco. Supereſt jam munia vitæ
Sancta tueri, & ad hanc mores componere normam;
Hic Labor; hæc meritam ſpondet Victoria palmam.

Sin moror in Verbis tantùm, merus exeo nempe
Grammaticus; ſacrum pono Virtutis amorem;
Exeo Grammaticus, vel ſolâ hâc ſcilicet in re
Diſſimilis ſum Grammatico, quòd volvit Homerum
Ille, locum ſupplet Mihi dum Chryſippus Homeri.
Quòd ſi fortè aliquis dicat mihi, Fare, age, quæ ſint
Dogmata Chryſippi, monſtres, pérque omnia ducas
Ignarum, Me continuò pudor opprimit ingens,
Quòd mea Sermoni tàm diſſona Facta repugnant.

## ΚΕΦ. οδ'.

ΟΣΑ προτίθεται, τούτοις, ὡς νόμοις, καὶ ὡς ἀσεβήσων ἂν παραβῇς τι τούτων, ἔμμενε. ὅ,τι δ' ἂν ἐρῇ τις περὶ σοῦ, μὴ ἐπιστρέφου· τοῦτο γὰρ οὐκ ἔτ' ἐστὶ σόν.

## CAP. LXXIV.

HÆC præcepta, velut Leges, ſervare memento,
Quas violare nefas; neque pendas unius aſſis,
Quid Populus dicat. Cuja eſt res? an Tua, ſodes?
Non; Verùm Alterius. Quid ni hanc Curaverit Alter?

## ΚΕΦ. οε'.

Εἰς ποῖον ἔτι χρόνον ἀναβάλλῃ τὸ τῶν βελτίστων ἀξιοῦν σεαυτὸν, καὶ ἐν μηδενὶ παραβαίνειν τὸν διαιροῦντα λόγον; παρείληφας τὰ θεωρήματα, οἷς ἔδει σε συμβάλλειν, καὶ συμβέβληκας· ποῖον ἔτι διδάσκαλον προσδοκᾷς, ἵνα εἰς ἐκεῖνον ὑπερθῇς τὴν ἐπανόρθωσιν ποιῆσαι τὴν σεαυτοῦ; οὐκ ἔτι εἶ μειράκιον, ἀλλὰ ἀνὴρ ἤδη τέλειος. ἂν τοίνυν ἀμελήσῃς, καὶ ῥαθυμήσῃς, καὶ ἀεὶ ὑπερθέσεις ἐξ ὑπερθέσεων ποιῇς, προθέσεις ἐκ προθέσεων, καὶ ἡμέρας ἄλλας ἐπ' ἄλλας ὁρίζῃς, μεθ' ἃς προσέξεις σεαυτῷ· λήσεις σεαυτὸν οὐ προκόψας, ἀλλ' ἰδιώτης διατελέσεις καὶ ζῶν καὶ ἀποθνήσκων. ἤδη οὖν ἀξίωσον σεαυτὸν βιοῦν ὡς τέλειον καὶ προκόπτοντα, καὶ πᾶν τὸ βέλτιστον φαινόμενον ἔστω σοι νόμος ἀπαράβατος. κἂν ἐπίπονόν τι, ἢ ἡδὺ, ἢ ἔνδοξον, ἢ ἄδοξον προσάγηται, μέμνησο, ὅτι νῦν ὁ ἀγὼν, καὶ ἤδη πάρεστι τὰ ὀλύμπια, καὶ οὐκ ἔστιν ἀναβάλλεσθαι· καὶ ὅτι παρὰ μίαν ἧτταν καὶ ἔνδοσιν ἢ ἀπόλλυται προκοπὴ, ἢ σώζεται. Σωκράτης οὕτως ἀπετελέσθη, ἐπὶ πάντων προάγων ἑαυτὸν, μηδενὶ ἄλλῳ προσέχων ἢ τῷ λόγῳ. σὺ δὲ, εἰ καὶ μήπω εἶ Σωκράτης, ὡς Σωκράτης γε εἶναι βουλόμενος, ὀφείλεις βιοῦν.

## CAP. LXXV.

SUrge, age; quid multos vivendi tempus in annos,
Vivendi rectè differs? eia, incipe, & ardens
Rumpe moram; Stimulos addat tibi vivida virtus;
I, porrò nitaris, & acer ad ardua tendas.
Jampridem hauſiſti vitæ præcepta beatæ,
Jampridem hauſiſti præcepta hæc, atque probâſti;
Cur igitur ceſſas? quem demùm, atque unde, Magiſtrum
Expectas oriturum? O, ſi modò venerit Ille,
Tunc ego qualis ero! Studiis tum denique honeſtis
Incumbam, tum nempe Mei me cura ſubibit!
Quin hodiè id fiat: Nonne eſt elapſa juventas?
Nonne ætas animum poſcit matura virilem?
Sin fluitas levis uſque, moramque moræ piger addis,
Atque aliam ex aliâ mentem induis, atque viciſſim
Propoſitum mittis repetiſque, & ludis in orbem,
Indiciſque diem, inde diem; proprio ipſe peric'lo
Deſipis infælix; ignavia te tua perdit

Et

Et latet incautum; vives, morieris & excors.
Aude igitur præſtare Virum; ſublimia cures;
Et temet magnis tandem dignere triumphis;
Quis ſummus Virtutis Apex ſit, diſpice; Morum
Hæc tibi Regula, Lex hæc inviolabilis eſto.
Atque hinc ſive Labor tetricus, ſeu blanda Voluptas
Objicitur coràm, ſeu Famæ dulcis imago
Titillat mentem tibi, ſeu grave Dedecus urit,
Strenuus, ô, defende locum, neque turpiter arma
Abjicias; Sonuere tubæ; jam prælia fervent;
Nec mora, nec requies fuerit; non ludicra lis eſt
Hæc tibi; de rerum ſummâ certamen habetur.
Sic olim divina boni Sapientia crevit
Socratis; hoc pacto cæleſtes attigit arces.
Quippe adeò Ille petens primam virtute coronam
Uſque operi vigil incubuit, nec defuit unquam
Ipſe ſibi, oblitúſve ſui eſt; quin gnavus in horas
Clarior emicuit, mentem non paſſus inertem,

Dum ſoli attentam Rationi præbuit aurem.

Fecerit Ille, inquis; Verùm neque tantus Ego ſum,
Nec cupio certare minor. Quin Tu quoque tantus
Eſſe velis, atque his agites ſub legibus ævum.

---

## ΚΕΦ. ος′.

Πρῶτος καὶ ἀναγκαιότατος τόπος ἐν φιλοσοφίᾳ, ὁ τῆς χρήσεως τῶν θεωρημάτων· οἷον, ὁ τοῦ μὴ ψεύδεσθαι. δεύτερος, ὁ τῶν ἀποδείξεων· οἷον, πόθεν οὐ δεῖ ψεύδεσθαι. τρίτος, ὁ αὐτῶν τούτων βεβαιωτικὸς, καὶ διαρθρωτικός· οἷον, πόθεν ὅτι τοῦτο ἀπόδειξις· τί γάρ ἐστιν ἀπόδειξις; τί ἀκολουθία; τί μάχη; τί ἀληθές; τί ψεῦδος; οὐκοῦν ὁ μὲν τρίτος τόπος ἀναγκαῖος διὰ τὸν δεύτερον, ὁ δὲ δεύτερος διὰ τὸν πρῶτον· ὁ δὲ ἀναγκαιότατος, καὶ ὅπου ἀναπαύεσθαι δεῖ, ὁ πρῶτος. ἡμεῖς δὲ ἔμπαλιν ποιοῦμεν· ἐν γὰρ τῷ τρίτῳ τόπῳ διατρίβομεν, καὶ περὶ ἐκεῖνόν ἐστιν ἡμῖν ἡ πᾶσα σπουδή· τοῦ δὲ πρώτου παντελῶς ἀμελοῦμεν. τοιγαροῦν ψευδόμεθα μὲν, πῶς δὲ ἀποδείκνυται, ὅτι οὐ δεῖ ψεύδεσθαι, πρόχειρον ἔχομεν.

## CAP. LXXVI.

NAturæ leges ſanctas ſervare, duce uti
Naturâ, atque intra deſcriptos vivere fines,
Hic primus Sapientiæ honos, hic ſummus apex eſt;
Utpote, Nequaquam mentiri, Haud Fallere quenquam.
Alter ab hoc locus eſt, Cur quid, cur Non, ſit agendum,
Monſtrare, & certam rationem evolvere recti;
Utpote Mentiri Cur haud fas; fallere quenquam
Naturæ Cur jura vetent, depromere cauſas.
Ultima laus tandem fuerit, Quo quæque modo res
Sit tibi demonſtranda, tenere, atque omnia demùm
Symbola & Inſtrumenta exponere totius Artis;
Nempe Argumentum quid ſit; quid ritè Sequatur,
Quid Non; quid Verum fuerit, quid denique Falſum.
Atque adeò inſervit Claſſis poſtrema Secundæ,
Hæc Primæ; in Primâ tandem requieſcere fas eſt:
Hæc loca ſtent tibi certa, hic eſto immobilis ordo.
At Nos heu! Stolidi rem totam invertimus; Ultrò

Mentiri nobis mos eſt; Mentimur, & uſque
Mentimur porrò; intereà ſatis eſſe beati
Nempe videmur, & hoc pacto veniamque mereri
Et palmam, quòd, nos ſi demùm quis roget, horæ
Momento percurrere poſſumus omnia vitæ
Officia integræ; nec reſpirabimus ante-
Quàm liquidâ à nobis fuerit ratione probatum,
Mentiri quòd Non Fas eſt, neque Fallere quenquam.

## ΚΕΦ. οζ΄. οη΄. οθ΄.

ΕΠΙ παντὸς προχείρου εὐκτέον ταῦτα·
Ἄγε δή με, ὦ Ζεῦ, καὶ σὺ ἡ Πεπρωμένη,
Ὅποι ποθ᾽ ὑμῖν εἰμὶ διατεταγμένος·
Ὡς ἕψομαι σπουδαῖος ἠδὲ ἄοκνος.
Ἐὰν δὲ μὴ ἐθέλω, οὐχ ἧττον ἕψομαι.

οη΄. Ὅστις δ᾽ ἀνάγκῃ συγκεχώρηκε καλῶς,
Σοφὸς παρ᾽ ἡμῖν, καὶ τὰ θεῖα ἐπίσταται.

οθ΄. Ἀλλὰ καὶ τὸ τρίτον· ὦ Κρίτων, εἰ ταύτῃ τοῖς θεοῖς φίλον, ταύτῃ γινέσθω. ἐμὲ δὲ Ἄνυτος καὶ Μέλιτος ἀποκτεῖναι μὲν δύνανται, βλάψαι δ᾽ οὔ.

## CAP. LXXVII. LXXVIII. LXXIX.

FAta Sequor, quocunque ferant; Te, Jupiter, ultrò
Te ſequor haud tardus, quò quò me ducere malis.
Sin ſtolidus nitar contrà, luctanſque repugnem,
Nil refert; trahar ingratis tamen, inque ligatus
Obtorto frendens ducar, ceu bellua, collo.

LXXVIII. Qui fato obſequitur, ſapit, admiſſuſque vi-[detur
Conciliis Divorum, & ſentit cum Jove ſummo.

LXXIX. Talis

LXXIX. Talis eras Tu, Cecropiæ Lux inclyta terræ;
Te veneror, Divine Senex, Tuáque aurea dicta
Æternùm recolo, atque alto ſub pectore condo:
" Sic placitum eſt Superis, Mihi nec minùs; Eſto, Any-[tus me
" Et Melitus privare valent vitalibus auris,
" (Credo equidem) & vacuas Erebi demittere ad umbras;
" Lædere num poterunt, Damno aut multare? Negabo.

Upon all occasions, we ought to have these Maxims ready at Hand.

Conduct me Jove, and thou, O Destiny,
Wherever your Decrees have fixed my Station.
I follow cheerfully; and did I not,
Wicked and wretched I must follow still.

from a Poem of Cleanthes.

*FINIS.*

Who-e'er yields properly to Fate is deem'd
Wise among Men, and knows the Laws of Heaven.

from Euripides.

And this third

O Crito, if it thus pleases the Gods, thus let it be. Anytus & Melitus may kill me indeed; but hurt me they cannot.

from Plato's Crito & Apology.

His ſequentibus, reliquiſque (ſiqua fortè occurrant) Præli *Erratis* ignoſcat Lector Candidus.

Cap. 18. *pro* ἐπιστατας, *lege* ἐπίστατας.
Cap. 31. *pro* prefundam, *lege* profundam.

5/7/36